

Cruz
7

6047



316

328

EXPOSTVLATIO
SPONGIAE A PETRO
TVRRIANO RAMILA
NVPER EVVLGATÆ.
PRO
LVPO A VEGA GARPIO, POETARVM
HISPANIÆ PRINCIPE.

AVCTORE
IVLIO COLVMBARIO B.
M. D. L. P.

ITEM ONEIROPA EGNION,
ET
VARIA ILLVSTRIVM VIRORVM
POEMATA.

IN LAUDEM EIVSDEM
LVPI A VEGA. V. C.

TRICASSIBVS
SVMPTIBVS PETRICHEVILLOT

ANNO

M. D. C. X. V. III.

Cum Privilégio Regis,

Menda: Typographica.

Fol. 4. lin. penult. inuiditum, lege, inauditum.
Fol. 11. B. lin. 10. praequerere, lege, prosequere.
Fol. 12. B. lin. 24. recensoribus, leg. recensoribus.
Fol. 14. lin. 27. infantar, lege, infantar. sc.
Fol. 14. lin. penult. fragantes, lege, fragrances.
Fol. 38. B. lin. 8. grāmīcālēm, lege, grammaticātē.
In Prothyreo linea penultima, futilibus, le-
ge, futilibus.

emendata sunt omnia

M.D.L.T.

ITEM ONERIOPLEGATION
T

VARIA LITERATRUM AURORVM

TODEMATA

IN LAVAREM EIS DEDIM

LNB. A VEGA N. C.

TRICVSIBAS

CLAVIBVS SICILICHEMELLO

ANNO

M.D.C.X.LII

(Anno 1512) typis Mendo

Corrector Typographicus,
Lectori, S.D.

Cum ad nos Lector amice, innumeris refer-
tus mendis libellus hic venisset, necesse
fuit errata curis secundis relegere que
hic tibi apponimus.

In liminari epistola pag. 2. lin. 7. poterant, le-
ge pateram. In Prothyrae pag. 1. lin. 19. disce-
pulos, lege discipulos, lin. 19. iustabendus, lege in-
stabundus, lin. 25. fructilibus, lege fructibus:
fol. 4. B. lin. 25. inuaditum, lege inauditum, fol.
5. lin. 17. laudare, lege laudari, fol. 9. lin. 10. Ra-
mila, lege Ramilam, fol. 10. lin. 8. philomena, lege
philomene, lin. 11. excusimus, lege excusimmo, lin.
12. iste, lege iste, fol. 11. lin. 17. simus, lege simo-
les, lin. 25. sacuris, lege sacuri, B. lin. 11. prosequi-
rere, lege prosequere, fo. 12. li. 16. in ore, lege in re,
B. lin. 24. recensoribus, lege recentioribus, fo. 14.
lin. 18. infanas, lege infanias, fol. 15. B. lin. 8.
dini, lege dini, fol. 16. B. l. 5. Non Maro, lege
num Maro, fo. 19. lin. 1. volupraro, lege voluprate,
fol. 21. lin. 11. terrefactam, lege terrefactam, lin.
22. dicamus, lege dicam, fol. 23. lin. 25. conradi-
cens, lege conradicens, B. li. 1. leges, lege legis,
fol.

fol. 24. lin. 11. sic, lege sit, lin. 23. sua, lege sua,
fol. 27. lin. 25. putabat, lege putauit, fol. 28. lin.
lin. 18. nec, lege non, lin. 19. nec, lege sed, eadem
lin. sed, lege ex, fol. 30. li. 20. quam, lege quem,
1. 21. sive, lege vsque, fol. 31. lin. 3. colligat in Phae-
bi, lege caligat Phaeli in lucem, fo. 32. lin. 11. uia,
lege sua, fol. 35. lin. 18. atheo, lege arbo, B. lin.
5. anemum, lege ceruum, fol. 36. B. lin. 4. Turria-
ne, lege Turriana, fo. 37. B. lin. 7. scurriliter, lege
scurrili, fol. 38. B. lin. 8. grammaticalem, lege gram-
maticalem, fol. 41. lin. 13. auctor, lege auctor, B. lin.
8. L V P I D E, lege L O P I D E, fol. 46. lin. 12.
exurbior, lege exurbior, fol. 48. lin. 21. scien-
tia, lege scientia, fol. 51. lin. 13. Compluricensis, le-
ge Compluricensis, lin. 5. mendacitatis, lege mendici-
tatis, fol. 52. lin. 10. murmurare, lege murmurare,
fol. 55. lin. 25. locus, lege locus.

emendata sunt omnia

CATALOGVS
VIRORVM ILLVSTRIVM,
QVI LVPVM A VEGA CARPIVM.
suis scriptis cōmendarnit, quorum no-
mina hoc libello continentur.

- Comes de Lemos. M.
Dux de Oisuna. L.
Comes de Salinas. S.
Princeps Esquilacensis. T.
Marchio de la Adrada. I.
Comes de Villamor. F.
Comes de Mora. M.
Comes Adaquacensis. A.
Præpositus Montessæ. F.
Don Franciscus de Queuedo. P.
Don Ioannes de Fonseca & Figueroa. X.
Don Ioannes de Vera. I.
Don Laurentius de Mendoça & Figueroa. P.
Don Thomas Tamayo de Vargas. M.
Don Philippus Ossulleuanus Hibernus. S.
Don Antonius Pinedo & Padilla. C.
Don Ludouicus Arias de Becerra. L.
Don Ludouicus Mexia. C.
Don Franciscus Lopius Aquilarius. M.

M. Vincentij Spinellij.
Pater Ioannes Ludouicus Cerdá.
Pater M. Hortensius Fœlix Parauicinus.
Pater M. Petrus Padilla.
Pater M. Didacus S. Iosephi.
Pater M. Seraphinus de Freitas.
Pater M. Lucas de Montoya.

~~Pater M. Ignatius de Loyola~~

Pater M. Thomas Rocca.
Simon Chauuellus.
Theodorus Macilius.
Ludouicus Tribaldus Toletus.
Franciscus Pennia Castellanus.
M. Ioannes Aguilar.
Vincencius Marinerius.
Franciscus Paciecus.
Franciscus Gutierrez.
Ximenius Pato.
Ludouicus Rosicler.
Petrus Nicolaus Flandrus.
M. Alphonsus Sanctius.
Ioannes Baptista Elgueta.
Iulius Columbarius.

Dou Tugdualis Ligneo.
Dou Eudoxius Aris de Beccaria.
Dou Iohannis Mexis.
Dou Hesychius Tobio Adversarius.


M

Extrait du Priuilege du Roy.

P A R grace & priuilege du Roy il est permis a Pierre Cheuillot libraire iûré de Troyes en Champagne d'imprimer, ou faire imprimer, & metre en vente vn liure intitule, *Expostulatio Sspongiae à Petro Turriano Ramili nuper euulgata pro Lupo a Vega Carpio poetarum Hispania Principe, Iulio Columbario B: autore item eiusdem, Oneiropaignion, &c.* faisant deffences tres expresses a tous libraires & imprimeurs ou autres de quelque qualite, ou condition qu'ils soient d'imprimer ou faire imprimer ledit liure, le vendre, faire vendre, debiter, ni distribuer par nostre Royaume durât le têps, et terme de dix ans sur peine aux contreuenans de cinq mil liures tournois d'amende, applicable, moitié a nous, & l'autre moitié audict exposant, & de tous despés, dommages, & interests, comme il est plus à plein contenu es letres de priuilege données à Paris le 5. de May 1618. & de nostre regne le huitiesme.

Signé, par le Roy en son Conseil.

Renouare.



LUPVS A VEGA CARPIVS.

Quid timeam hostilis minitania spicula dextra.

Si mibi tu Clypeus, si mihi Cæsar ades?

UVA. BHSC. BU 06047

ILLVSTRISSIMO ET
EXCELLENTISSIMO PRINCIPI
D. Ludouico Fernandez de Cordoua, Car-
dona, & Aragon,

Duci Sueſſæ, Somæ, & Vaenæ, Marchioni
de Poça,

Comiti de Cabra, Pàlamos, & Oliuito,
Vicecomiti de Iznajar,

Baroni de Belpuche, Liñola, & Calonge,
Neapolitanarum Classium.
Præfecto.



A V D A B I L E
fuit quōdam (DVX
EXCELLENTIS
SIME) Romanorū
oratorum studium,
qui ut sibi famæ cele-
britatem quererent,
ad purpuræ fas-
ciumque dignitates quandam veluti viam
ster-

Siernerent, propulsandis in foro bonorum
capitibus, & criminandae improborum
vitæ juueniles animos exercebant. Nec
ipse meo iudicio oratorum Princeps magis
per grauiora sapientiæ studia, quam per
improborum accusationes, & suscepta reo
rum patrocinia ad exoptatum gloriæ fa
stigium quasi exultante fortuna subiectus
est. Idem certè subsultantis adolescentiæ
feruor ambitionem meam in publici iudi
cij forum protrusit ut Lupa Vega Car
pij innocentiam ab impuri cuiusdam
hominis dentibus liberarem, qui è Com
plutensi nuper Academia in hanc Re
giam Aulam emersus, ac velut alium
in Vega expertus Solem cum tanti sy
deris radios ferre non posset eos liuoris
sui caligine obnubere conatus est. Qua
ex resi mihi nullum gloriæ incrementum
accedat saltem à te me non mediocrem
initurum esse gratiam confido, cum eum
mihi defendendum susceperim, quem tuis
mollis

molliter incubantem vlnis semper foui-
sti, cuius accensum ad musas animum
amoris igniculis ardenter inflammaisti,
cui denique si non proprius cause, bene-
volentiae tuae fauor abunde militaret. Pa-
tere quæso Princeps potentissime me hic
de laudibus tuis silere, ne Lupi luminibus
officere videar, quem penes te præconem
habes, & qui virtutes tuas altiore tuba
buccinabit. Is profecto elapsis bisce diebus
tanto vulgi spectantiamque omnium fa-
uore, proaui tui qui sub Ferdinando Re-
ge Catholico florebat, laudes in theatrum
produxit, ut nullus nō in foco cothurnam
agnoscere dubitarit. Quapropter cum
tantus ille vir apud omnes audiat, & cete-
ris doctrinæ suæ amplitudine umbram
faciat, huic umbræ subiectus, quid aliud
possam, quam oppositi solis radios demi-
rari? quos tamen si vel tralatitia benignitate
huic adolescentiae meæ Tyrocinio
indulseris futurum aliquando diem spero
quo

quotibi nominis mei tenuitatem sublimiore
Minerua cōmēdabo. Vale Illustrissime,
Excellētissime Princeps Tricassibus,
pridie nonas Iunij.

*Tuus humillimus cliens
Iulius Columbarius. B.*

Lectori beneuolo. S.

MIRABERIS! Fortasse Lector
beneuole, quod oberatorum mo-
re tam tardè nomina dissoluerim,
quibus in hanc sp̄ogiæ Turriani expostula-
tionē iā dudū tenebar, & cuius ita cōmunis
vrgebat inopia ut quiuis exactor in ea vel mi-
nima cunctationis momenta calumniari pos-
set. Sed non semper debitores ad diem præ-
scriptum soluēdo esse possunt, & eas plerum-
q; morandi causas habent, quæ vel diligentif-
simum cogant vadimonium deserere. Vix
dum hæc spongia dieculam, quasi per diffi-
cas rimas viderat, cum se turmatim amici Ve-
gæ obtulerant respondendi prouinciam sus-
cepturi, quis inter hos olores anser obstrepe-
ret? Quis de calamo, vel per somnium cogi-
taret? Sed nihil celabo, vbi illorum expecta-
bantur apologiæ, nemo non hæsit, & tanquam
nocte concubia sibi conticiniū indixit. Quis
ferret interim hunc nebulonem in compi-
tis impunè volitantem nugas suas passim
tanquam à calumnijs valituras venditare?
Quis inquam taceret stipes, præcipue cum
à non nemine probarentur, & selectæ admo-

99

dum

dum eru ditionis iudicarentur? Eduxi igitur
calatum è tabernaculis in solem , & me ad
hunc contrariæ factionis hostem debellan-
dum accinxì. Ringatur quantumuis liuor ad
id me priuatæ & publicæ causæ coegerunt:
nec enim tot ei calumnias impingi ferre po-
terant, inter quem tot mihi vetera n ecessitu
dinis iura intercedunt, nec in eo etiam Phœ-
bum ipsum, Musasq! omnes impunè dece-
bat violari. Adde, quòd prouocata conutijs
veritas indignationem mouit , & temerata
mendaciorum maculis, VEGÆ innocentia
me in hanc iudiciorum arenam descendere
coegit. Tu lector, qui pugnæ arbiter sede-
bis, muneric editori fauetō. Vale.

Proty-

sis in ducas tibi accessus tibi putes, pietatis cum
dum



Protyraxum.

DES DV M Lector, paucis te volo.
Hic enim quem suis coloribus viri docti
& ingenui meritò depingunt, Ardelio,
quibus præterea moribus eos in se irritauerit, nef-
cire te nolo, ex infima ergo plebecula natus, nec li-
beralicer educatus, ingenio ignobili, insigni impu-
denter, inciuli audacia, tyrocinium latinæ gram-
maricæ multo tempore, nullo tamen profectu esu-
rialis vulturius fecit. Hinc malis autibus barbari-
cas dialecticorum sylvas ambiuit, perreptauit, quo
nectare affatim imbutus, Theologiæ operam naua-
uit, cum tamen illi in irrum ceciderint omnia. nec
interea à triuiali amatæ grammatices studio de-
stitut, quin discipulos signaræ ruditatis vindices ha-
buit, candem incudem frustà cundendo. Sed hoc
etiam loci ferulaceus caudex exclusus ob imperi-
tiam arroganciamq; minime ferendam, æstro quo-
rone, natio
mortarda
dam mox percitus Matritum repetiuit, doctorum-
que iactabundus Musæa roga talari induitus, cum
theristro & chimastro dignior esset, sub dolè per-
lustrauit, ubi diu blandis unoquoque verbis primò
appellato, concendebat tantisper deinde illiberali
sermone cum eo de rebus planè futilibus de apinis
nimirum & nugis. Collaudabat tandem quos salu-

cauerat; inde vero egressus eosdem apud alias nefarie traducebat, subsannabat, insectabatur. His ergo fatalis amentia stimulis agitatus aduentanti sua clade pralusit, & obuiam curante Nemesis lanienae incurrit. nec enim his se spatiss continuit, sed post maledicta in omnes coniecta, conuictaque insingulos nil tale meritos fusas scripta quadam (quorum hic specimen videbis) fellis & amarulentiae plena Lucetianis typis excudenda atque euulganda in optimum quemq;, & qui incorruptioribus auspiciis Mensis litarat, curauit. in planipedem scilicet istorum innocentiam facinus aggressus coherucrum. Patissimum enim Lupum Vegam Capriam, cui in scriptio[n]e salibus nostrae atatis gratias & candidis condita, omnes numeros urbanizatis atque leporis explauerunt, carp[er]dum sibi destinavit. conatus frustra in eximium Hispania nostra decus, ob multiplicemque eruditionem, & laudem poeseos Comicae, Lyrica, Heroicæ et oco pridem in orbe notum, impunè debacchari. Quandoquidem viri doctrina illustres non pauci ab impudensi & malefano grammatico iste indigris modis accepti, derisi nempe & probris persumnum scelus vexati, nec reverè iniuriam ferentes invitarent nouam, nō tam si[us] quam Capriaco nomini cōsulentes, illi iuxta subiectam suam respondendum existimarent, ut legem

quam

quam ipse tulit patiatur. & quod ab ipso allatum est, id sibi relatum putet, nec vero his contenti cesabunt, ni maturè ipse sibi à maledicendo temperarit. Multa enim in eum ipsum parantur, his acerbiora, quibus eius improbitas & insolentis animirabies coerceri forte an possit.

DOCTORIS D. THOMAS LAMMAYO

—En la D.O.C. CHIRIBALES, PUEBLO DE CANTABRIAS.

三

ELOGIA ILLVS.
trium Virorum Pro Lupo
à Vega Carpio.

DOCTORIS D. THOMÆ TAMAYO
De Vargas, Toletani, ex libro variorum,
Fragmentum.

TV Eximia ingenij, vel in magnis facilitate, suauitate singulari, innato acumine, doctrina incredibili, & his tandem omnibus naturæ propè beatæ dotibus, quibus adfatum instructus orbem instruis, ornatus, Hispaniam ornas, inlustratus sic te fama maiorem (vel adfatente inuidia) illuistrans, vt poëtarum nostratium facile Princeps & habearis meritò, & verè sis, quod vel,

— *Rari post cineres habent poetæ.*

Tu certè maximus, sed hoc nomine maior, quod pietati eruditionem, virtutidulcedinem, religioni elegantiam adeò impensè adiūgis, vt vtra melior adpareas non facile iudicem, &c.

M A.

MAGISTRI IOANNIS AQVI-
larij Iudicium.

P Arnassi splendor, decus immortale Sororum
Bellerephantai, quas alit humor equi.
Vindice te Hispanus meritó non inuidet Argis
Mæonidae, aut Latio grande Maronis opus:
Nec tibi Plaute Sales, tibi dulcia verba Terenti,
Nec facile Seneca cum grauitate modos.
Siue etenim sylvas gracili modularis auena,
Pieria cantas, seu fera bella tuba.
Siue humiles pedibus gaudes inducere soccos,
Siue cothurnatum te magis esse iuuat.
Omnibus his cantum præcellis in artibus unus
Illorum quantum quilibet aree sua.

R. P. PETRI PADILLÆ, CAR-
melitani insignis verbi diuini præconis, ex
approbatione ad Ifidorum Lupi à
Vega.

C VM maximo pietatis & scientiæ emo-
lumento legi potest, nam & eius incre-
dibilis est styli suauitas, eruditio singularis,
& tantum historicæ varietatis ornamétum,
vt nullū hucusque authorem me vidisse me-
mineriū, qui mihi tantum arriserit.

EX

EX APOLOGIA ILLVSTRISSIMI
Comitis de Mora.

L VPVS à Vega vnicum seculi nostri lumen, nec vñquam (absit inuidia verbo) satis laudatum. *Latinè redditus.*

EX APPROBATIONE R. P. IOAN-
nis Ludouici à Cerdà, Societatis Iesu,
ad Pastores Betlehemiticos.

D IVINO propè elegantissimorum (vti ad solet) carminum numine diuinorum nūminum bucolica peragit, quibus fessam mortaliū, proh dolor! voluptatem non recreat solum, sed & attollit.

EX EPISTOLIS INEDITIS
Theodori Marcilij,
μακαρίτου.

¶ Inter illustres Hispaniæ Poetas hacte-
pestate eminet potissimum Lupus à Vega
Carpìus, quem Plauti. & Terentij ore loqui
Iberi omnes vna voce fatentur. Venit certe
nuper in manus nostras Poema quoddam,
cui Epopeiæ nomen dedit, in quo ita dictio-
nis

inis sublimitas elucet, ita poeticaridet amœ
nitas, vt de eo iure conterraneus ipsius dice-
re potuerit,

Nil exactius, eruditiusq; est,

Nec ronchos metues maligniorum;

Nec scombris tunicas dabis molistas.

EX SIMONIS CHAVVELLI

Epiſtola ad Franciscum Lopium

MIROR (mi Francisce) quosdam eo de-
mentiæ redactos esse, vt quemadmo-
dum inconsulti venatores velint aues glorie
pennis astra præteruolantes, vano murmure
territare: nec vident, proh dolor! iactatas in
incertum voces, tam alta spatia pertingere
nō posse, sed quid illis facias, niſi vt ille Iupi-
piter Homericus eos è virtutis fastigio deri-
deas? Existimaueram melioris esse indolis
Turrianum (nam & eum aliās colebā) quam
vt in Vegam, hoc est in Apollinem calamū
acueret, & tam impura spōgiavniuersitate poe-
ſeos splendorem macularet, &c.

Ex inferius,

In tantum sanè virum, licet iusta indignatio
 ne

ne prouocatus, nunquam ausu temerario scri-
berem, cum sola preiudicatae doctrinæ opi-
nione quemuis inter literatos possit prescri-
bere, &c.

EX D. FRANCISCI LOPII AQVI-
larij epistola, qua Simoni Chauuello
respondet.

QVIN Multi sint, qui Lupum à Vega
tueantur nullus dubito, nam ea sem-
per fuit hominis eruditio, ut nunquā illi de-
fuerit Doctorum patrocinium. Nullum pro-
fecto ante Turriani spongiam libellum vi-
di, qui tanta crudelitate ipsius opera lacesse-
ret, optimè meo iudicio Sidonius Apollina-
ris epistola quadam, *Qui non intelligant artes,*
non mirantur artifices. Tanto Musagetæ cala-
mum imparem non offero, cùm potius illius
laudes minuere, quam digna oratione am-
plificare tehitatis mee conscius pertimes-
cam, &c.

F. SE-

PP

F. SERAPHINI DE FREITAS
Doctoris Lusitani in Pintiana Academia
Canonum Cathedratici
iudicium.

Plerios flores dum carpis Vega per hortos,
Quam benē texta tuo pollice fert a paras.
Veile cum dulci misces, cum fonte Pegassi
Lymphas Castalias feruidus ore bibis.
Omne tenes Sophia culmen, nam docta Minerua,
Quæ dederat cunctis singula, iuncta tibi.
Cedat Virgilius, palmarum dec clarus Homerus,
Laurea adest meritis, hinc Lupe dignatus.

ELOGIA HISPANICA

Latinè reddita.

R. PATRIS HORTEN-
SII FOELICIS PARAVICINI
Sanctissimi Trinitariorum Ordinis Prouin-
cialis, Regij concionatoris in appro-
batione Epopeiæ.

O PVS est magnæ lectionis non pau-
cam sacrarum paginarum peritiam
prodens: cuius integra series ad ar-
gu-

gumenti & personarum de quibus agit dignitatem conformis modo suauibus verbis modo exquisitis, modo grandi & heroicae styli maiestate legētum expectationem mouet, & auctoris sui memoriam altius cunctorum animis inferit, & paulo inferius.

Iam satis omnium calculo dignū hoc opus visum est quod in lucem prodeat, est enim tanta ipsius cūm eruditionis tum præcipue dictionis sublimitas, ut nemo non videat ipsius auctorem lingue nostræ thesauros hoc opere plenè perfecteque cumulasse.

R.D. MAGISTRI THOMÆ ROCA
Barchinonensis Iudicium de eadem.
Hierosolyma.

NON mediocriter delectatus sum lectio ne Hierosolymæ debellatae quam maximo omnium adplausu in lucem emisit, Lupus a Vega Carpius musarū insignis alumnus. In ea eruditio peculiaris eminet, artis poeticæ lucent ornamenta tota denique operis compositione ita perfecta est ut omnes in stuporem sui rapiat unde sit ut tanto honore in Regno Castellæ celebretur.

Item

Ite in alibi. Eius doctrina nullatenus Sanctis Patribus nec orthodoxæ fidei aduersatur nec quicquā cōtinet quod animū in prauas & peruersas consuetudines inclinet imo salubriora consilia prēcipit, ad virtutes & doctrinam viam sternit eos denique omnes cum profectu instruit qui eius lectione vti scient.

EX IPSO LVPO A VEGA.

HÆC Omnia in mea Epopeia Tragica tam in textu quam in annotationibus contexta pia Catholica & orthodoxa patribus consentanea diligenter elaborata quod si quid aduersus hos (quod absit) per inscitiam elapsum est indicium, infectum, irritum exercitum penitus esse volo & à primo carmine usque ad ultimum sanctæ Romanæ Ecclesie & maiorum censuræ humillimo animo submitto.

FRANCISCVS PACIECVS IN
libro quem effigies virorum illustrium
inscripsit.

HÆC est effigies Lupi à Vega Carpij cui meritissimo inter elogia virorum illustrium

strium qui hac tempestate doctrina & eruditione florent, locus conceditur.

Item alibi. Quicumque Lupi à Vega Carpij opera percurrerit, agnoscet maximum in versuum constructione facilitatem, in scriptorum multitudine ingenij vbertatē in versibus neruos, sanguinem, musculos reperiet, In vniuersa denique structura ingenium sic arti copulatum, ut nemo nisi inconsultus admodū rerum æstimator quod nam eorum excedat vel excedatur possit iudicare.

Item alibi, Ille profecto solus hoc seculo extitit qui (absit inuidia verbo) ad altissimum poeticæ cognitionis fastigiū peruenit.

Item alibi, Quem vnquā Italia huius cognitionis parens vatem educauit qui Lupo à Vega posset antistare? qui lucidiores versus scriberet, qui aut læta facundius, aut tristia dulcius modularetur?

Item alibi, Denique licet eum infra dignitatem extollamus saltem cum quo quis inter Hispanos ad doctrinæ famā prouecto de eruditione contendit, nec contendit tantum sed etiam longè superat, sed præcipue elu-

elucet ipsius ingenium, quod tanta facilitate, quoduis aggreditur, tanta sagacitate rimatur abdita, tanta denique varietate luxuriat, ut eum Musarum alumnum potuerit antiquitas potiori iure, quam vatem Venusi num nuncupare. Vniuersæ certè Hispaniæ ciuitates possent eodem iure de ipsius origine cū Matrito fœlicissima ipsius patria certare, quo quōdam Rhodus, Smyrna, Salamin, aliæque Græciæ vrbes de Homeri patria contulerunt.

D. IOANNIS ANTONII DE VERA
Ad ipsius Lupi effigiem.

VOS Qnibus haud licuit spirantē cernere Vega,
Illi⁹ en vobis oris imago patet.
Cernite, iucundo capiantur lumina visu
Arcis sed referas tu (Paciece) decus.

FRANCISGI GVTIERREZ
Præsbyteri Toletani.

D Enre Lupus rabido male tuto insultat ouili,
Prendit, & innocui præda fuere greges.

Th

Tu ratis argutæ dulci modulamine linguae,
Nunc animos, sed non carnea membra Lupe.
Aura leui arridens blanditur murmure sylva,
Arcadicum pastor dum canis ipse Pashos.
Oceanus horrifico cumuerunt carbasa vento,
Gesta Dracontei, te crepitante Ducis.
Manus Carpente patrio sacrata colono,
Grata viro est anto, carminibusq; eius. Mito en
Scena Sophoclea tibi sali applaudit in arte,
Otia das populis, ludicra, festa, iocos.
Nec mortale sonas supera peregrinus ab arce,
Angelica, aut quando proijcis ore sales.
Barbara postremi Solymorum bella furentum,
Vindicibus Christi, qui latuere lares.
Diuos, arma, iocos, teneros describis amantes,
Semper inexhausto prodigus ingenio,
Ergo Lupus dente es, vel dentem rodere dente,
Dentato aut nulli proderit esse canem.

P. DIDACI DE SANCTO JOSEPHO
Carmelitani Discalceati in compendio Fe-
storum B. Matris Tereſæ.

L VPVS A VEGA CARPIVS procurat
or fiscalis domus Apostolicæ in Archie
piscopatu Toletano, cuius ingenium nulla
ſæcula

fæcula ad æquarunt. Certè si talem virum
habuisset antiquitas, potiori iure in ipsum
artis poëticæ decus, quām in Pindarum
contulisset. Orationes primū vorsa con-
texuit tanta maiestate, tanta dictionis gra-
uitate, tam scitè erotundatis clausulis, vt
omnes sui temporis longè superasse videa-
tur.

Et alibi. Variæ ad eū audiendum, vt olim
ad Demosthenis scholas nationes confluxe-
xere. Demosthenis inquam, quo vel peroran-
te, vel dictante solus calamorum inter scri-
bendum strepitus audiebatur. Sed quid mi-
rum, quod is qui Demosthenis facundiæ, Ho-
meri suavitatem, pietatem Sannazari con-
iunxit, tantos auditores dum oraret, habue-
rit?

XIMENII PATONIS IN LIBELLO de eloquentia Hispanica.

NE Mirū quibusdam videatur, quod
opera illius (Lupi) in exemplū to-
ties traham, nec enim illi blan-
dior, nec verbis lenocinantibus frigidam suf-
fundo. Certè (ex animi sententia loquor) si
vel-

vellem omnia artis Rhetoricæ præcepta ele-
ganter diducere illius eloquentia ad omnia
exempla abunde sufficeret. Ea enim omnia,
quæ in lucem vir ille singularis edidit, ita rhe-
toricis vernant floribus, tanto studio & in-
dustria sunt elaborata, ut eos oporteat cęca
admodum inuidia ductos esse, qui eum nul-
lomodo artis Rhetoricę præcepta seruasse di-
cunt: id enim abunde eius scripta testantur,
ac potissimum nouissimus ille tractatus, quę
tanta facundia refertum D. IOANNI DE
ARGVHO dedicauit.

EX IUDICIO ASTRONOMICO
Ludouici à Rosicler natione. Galli.

ERIT modestovultu, imaginatio, licet ala-
cri, fideli, pudibundo, & liberali, pro-
ceræ staturæ, plerisque gratus, eomis, in-
geniosus, prudens, peritus, poeta, in mag-
ni ingenij homines affectus. Loquetur mag-
na cordis vehementia, suauissima tamen lin-
guæ pronuntiatione, illum inuidia insectabi-
tur, sed temporis sucesu se hostium victorē
sentiet,

PPPP

&

Et Paulò inferius. Ingenio erit admodum
subtili, nec subtili tantum, sed etiam firmo,
& constanti, licet aliquid crassi ob aliquos
improuisæ iracundiæ impetus admissuro, it-
lum magni facient potentiores, & eum vnuſ
quisque ad virtutis & liberalitatis famam
mutua commendatione protruget.

EX PETRO NICOLAO MVSEO
Flandro.

Non ego si detur patrias appellere sedes,
Quæ veniunt reliquis multa nota canantur.
Non quæ Numacij restant vestigia belli.
Quæque ruinoſe signa Saguntus haberet.
Non aurum, nec opes, & quæ preciosa quotannis
Dona, nono diues. Indus ab orbe vehit,
Ticeti haud templum, nec ego Scuriale, quid ergo?
Te vidisse Lopi, sat mihi laudiserit.

Numantini

D. ANTONII DE PINEDO ET
Padilla, in fabula Narcissi Lupo à Vega
consecrata.

Dulcis olor, salue Hispani Sol inclyte mundi;
Tu fama diuinus honos, tu rore benigno

99992

Car-

Carminis, Aonios irroras prodigus horcos,
Phœnix alter ades, flamma vieture perenni.
Ingenij, o liceat sacros accedere mones.
Ecce. omniaq[ue] sibi possunt imponere
D. LUDOVICI ARRIÆ BECERRÆ.

O Dulces Heliconides puellæ,
Siper frondiferi sacrata Pindi,
Forsan culmina Carpius coronantes,
Laurus frondifera tulit corollas,
Lauru cingite, iam caput virenti,
Hac est namque dies sacrata Vega,
At vos quæ facitis sacras corollas,
Corollis Lopium heate vestris,
Fallor, non capit has Lupus coronas,
Cœlestes meritus poli coronas.

ILLVSTRISSIMI ET EXCELLEN-
tissimi Principis Esquilaciensis, Mayaldæ
Comitis, in Regno Peruano Proregis.
in prologo Dracontæ.

PSI iniuriam facerem, si impa-
ti calamo operis tanti dignitatem
libarem, nam si splédo rem in eo, si
nar-

narrandi sublimitatem, si pressam & circum
scriptam dicenti breuitatem intueor omni
præconio aditum intercludit.

Item inferius.

Si quid in Virgilio Heroicū, in Homero Epi-
cum, in Lucano & Ariosto ex utroque mix-
tum, Lopus à Vega in mediocri argumento
assecutus est, nam in eo Heroici stylī maie-
statem, Epici suavitatem ad miraculum cer-
nas: videoas illum in historica narratione Lu-
canum, in digressionū pulchritudine Ario-
stum insigniter adumbrasse.

BALTHASARIS PORRENTI LICEN-
ciati in libro Sibyllarum.

DOMINA tua fælici versatur in æquore cymba,
Et calido spirans ventus ab axe furit.
Non te perterrent scopuli, non vnda tumescens,

Ægeas hiemes, temnis & Ionias.

Nil Vega clare times, tibi dum fauet æthere ab alto
Qui cœlo, terris imperat, atque mari.

(Vera quidem si Musa canit) Victoria fælix

Digna tuæ imponet laurea ferta rati.

A te nam vittis immanibus vndeque monstris,
Lux tua percurrit Solis veramque domum.

Quil

*Quid nam de Alcide cecinissent postera secula,
Si non immanem perdomuissest aprum.
Inlyce vir, quæ tendis iter, qua lumina flectis,
Pergratus populis commoda mille paras.*

R. P. F. LVCÆ MONTOYÆ,
Historiographi, & Concionatoris sacri
Ordinis Minimorum.

SVBLIME Hispani nostri vatis, & floridum ingenium, nativa ornatum cultura nebulones incusent. Quid? At Hercle illum mirificum Apollinis cultorem vehunt ad æthera virtus, nobilitas, facundia. Inter omnes certè vates tantum caput extulit,

Quantum lenta solente inter viburna cupressi.

O fœlicem Hesperiam, cuius prata rore Carpij fœcunda rident, cuius horti tot floribus dulcissimos odores exhalantibus fragrant, &c.

ILLVSTRISSIMI ET EXCEL-
lentissimi Marchionis de Sarria, hodie Comi-
tis de Lemos, dignissimi Italæ Præsidis
ad librum D. Isidori.

VELOCI rap eris per astra cursu,
Dum laudes canis Isidorianas.
Diuum sede locas beatiore,
Perge ò Castalidum decus Sororum,
Perge ò gloria temporum tuorum,
Fœlicis celebrare gesta Diui.
Namq; illinc melius volat per astra,
Dum tuæ vehitur modis Thaliæ.

D. FRANCISCI DE QVEVEDO,
Sacræ Diui Iacobi Militiæ Ordinis, Adli-
brum, qui Peregrinus inscri-
bitur.

DVm tu sublimi concendis ad ætera fama,
Inuidiæ fronti nubila surgit hyems.
Ringitur, ac veluti tumefactæ verbere caudæ
Scorpius: impura fauce venena iacit.
Verü ringatur, nam dum tua gloria crescit,
Non famæ spolys linor onustus erit.



ILLV-

ILLVSTRISSIMI COMITIS DE
Villamor ad librum Angelicæ.

TANTVS carminis est decor venusti,
Tantus Vegalepor facetiarum,
Tantos Angelicæ per ora cultus,
Hinc tantas fuitantibus capillis
Inspersas Veneres, Cupidinesque,
Describis calamo libidinante,
Rolando ut magis augeatur ignis,
Medoro ut magis augeatur ardor,
Quin sit e Angelicæ decus moueret,
Non hæc iam cuperet suum Rolandum,
Non hæc iam cuperet suum Medorum,
Vegam sed cuperet venustiorem,
Vegam sed cuperet columbulillum.

NOBILISSIMI COMITIS ADA-
quacensis Valentini ad eundem
librum.

Tu licet doctissimis
Pectinis concentibus,
Mollicellam Virginem,
Pætulam, columbulam,

Vni-

Vnidam, cantaueris.
Vega, quamuis tortiles,
Crispulos cincinnulos,
Laetæas papillulas,
Igneos ocellulos,
Er manus venustulas,
Versibus cantaueris, &c.

DOCTISSIMI IVXTA AC NO-
bilissimi Domini Laurentij Mendozæ &
Figueroæ, ad eandem An-
gelicam

O Diues arbor fructibus aureis,
Cuius fathiscunt mole sub ardua,
Quassique pendentesque rami
Hesperiæ per amœna terræ.
O purpuratis diues honoribus,
Fælicioris planities soli,
O Vega fragranti rosarum
Hesperiam recreans odore.
Tu dum sonoro carmine, concinis
Amore capti gesta Medorij,
Musasque verticesque Pindi,
Ambrosio decoras liquore.

* 2

Dum

Dum tu in cothurno docte Rolandicos
Canis furores Vega, legentibus
Occultus excitatur ignis,
Angelicus generatur ardor.

ILLV STRISSIMI MARCHIONIS de la Adrada.

Arma canit, forteq; virū, quem terra tremēsq;
Pugnātem Oceanus, dubijs in fluctib; horret,
Quem fixus miratur amor, dum fortia Diuæ
Pectora molitur: taciti dum conscius ignis
Saucius, Angelico sensim tabescit amore.

EXCE LL ENTI SSIMI D V C I S
de Ossuna Neapolitani Regni Proregis, ad
Serenissimum Principem Hispaniarum
ex libro Draconteæ.

Princeps Iberæ lucidum terræ decus,
Vtrumque causus fama percurrit Polum,
Offerre flores, Vega quos fragrantibus
Collegit hortis, numini iuuat tuo.
Verum hoc supremis minus indignum dijs
Forsan putabis: muneri at Princeps faue
Appol-

Apollinari, laurus haec sacram decit
Frontem deorum, &c.

ILLVS TRISSIMI ET EXCELLEN-
tissimi Comitis de Salinas Epistola quadam
ad Excellentissimum Principem Ducem
de Alua & Nauarfae Präfe-
ctum.

Quinetiam Albanis dicas iurata dedisse
Fata duos Ducibus Vates: queis nr̄a tulerūt
Tempora diuinos florentia Garcilassos.

SAGRÆ MILITIAE ORDINIS
de Montesa Præpositus, ad An-
gelicam.

Q VID me sydereis Dea
Formæ diuēs honorib⁹,
Iubes pectine eburneo,
Et plectris resonantib⁹,

Tuas dicere laudes?

En lapsus superis Poli
Vates inclitis axib⁹,
En magnum Hesperiæ decus.

Pindi

Pindi Carpius accola,
Tuos cantat amores,
Non tantum Latiæ Lyræ,
Tantum non Ariosticis
Debes carminibus Dea,
Quantum Carpiacæ manus
Lyræ suave sonanti.

MAGISTRI VINCENTII
Spinellij in Marci Obregonis
Prologomenis.

Æquum est profectò, ut quæ in ætatis mæ
decursu scribo, diuinæ Lupi a Vega Car-
pij censuræ subijciam, quandoquidem
ipse olim pueritiae suæ tyrocinia multo-
ties iudicij mei fecit, &c.

D. LUDOVICI MEXIÆ EX
tractatu aduersus Turrianum
Anagnostam.

LVPVS de Vega Carpius Præsbyter en-
theorū Poetarū in Hispania Primus, &c.
Ibidem. O

O turpe facinus! & tunica molesta dignus?
non te hominis fama deterruit, vt ab incep-
to desisteres? non liberalis vultus? cui quā-
uis labor assiduus, studijs, & stylo impensus
multum gratiæ deterserit, tamē adhuc coris
conspicua filamenta restant honoris, & cul-
tus merita, &c.

D. IOANNIS FONSECAE ET FI-
gueroæ Canonici Hispalensis V.
clarissimi.

N E scio sanè quo ferat quorūdam animos
temeritas, qui in cuiusvis æmulationem
intenti, eos etiam quibus vniuersi ingenij
sui fasces submittunt ignorantiae supinæ po-
stulare non verentur. Quis amabo Lupum
à Vega Carpium, yirum quem satis suspice-
re non possum, statuis, aris, monumentisq;
dignum semper non existimauit? Quis cum
omni inuidia maiorem non credidit? At ec-
ce nescio quis maleferiatus repertus est, qui
anserinos suos garritus huic olori oppone-
ret. Abeat sane vates is, qui *απλονον* Musarū
fores esse dixit, &c.

IOAN-

JOHANNIS BAPTISTÆ
Elvetæ Theologiae professoris epistola
ad Vagam.


VIDI tuum docte Vega libellum de triū
pho fidei, legi: ac mirifice delectat⁹ sum,
in eo sane rerum lumina dictionis sublimi-
tas, ita animum cuperūt ut vix ab eius lectio-
ne auelli potuerim. Valde operam tuam lau-
do. Hoc semper tibi nomine societas obstri-
cta erit. Dicerem hic styli tui elegantiam
dum te modo historica breuitate Homerici
instar Menelai colligis modo doctas per la-
conismum sentētias intorques nisi me tem-
poris angustiæ hēc poti⁹ aut⁹ quam
dicere cogerent.

IVLII COLUMBARII CARMEN Ad Lupum à Vega.


ITE per Hesperios non segnia carmina campos,
Quā rutilo fluit amne Tagus, quā littore Nymphæ
Exercent varios per mille volumina cursus,
Quā spirat Panchaus odor, quā dulcia frāgrant
Balsama, purpureo quā lucent pīta decore,
Cramina Pierios non indignaria saltus,
Hic Lupus aurata consiftit marginē ripæ
Aoniz socians modulos. cantusq⁹ cicuæ,
Hic cythara meliore canens, & pētine dulci,
Compositos, Nymphas per gramina cogit in orbes, Te.

Book

240 S E L A W M I N E B R O D I A



SVO SE LV MINE PRODIT.



EXPOSTVLATIO
SPONGIAE A PETRO
TVRRIANO RAMILA
NVPER EVVLGATAE.
PRO LVPO A VEGA CARPIO,
POETARVM HISPANIÆ
PRINCIPE.



EMPER Ego auditor tantum
 nunquamne reponam? Sem-
 per inquam allatrate virtu-
 ti calumniam patiar, & me-
 dacia impunè per vulgus ia-
 cata pleno liuoris theatro
 ventilari? Videam tanta inuidiae atrocitate
 distringi stylū, & ea Doctorum frōti stigma-
 ta inuri, quæ potius vltionis admoneant,
 quam veniæ & eadem incude non recudain?
 Audiam deniq; LVPVM A VEGA Poe-
 tarum HISPANIÆ Principem, conuitio-
 rum plaustris, & vt Comicus diceret mordi-
 cibus à nescio quo Grammaticorum fabula
 impeti, & silētio diutius indulgebo? Audiat
 licet forti animo calumniātum, voces qui-

A

dam

EXPOSTVLATI^O

dam apud Philosophū Romanū Dēmetrius:
rideat maleuolorū inuidias, & cassas Xātip-
pes pluuias, ceū vana puerorum ~~υορμολυνέας~~,
fuggillet Socrates: ego certè has fœdas, &
ominosas aues, cādidos LVPI nostri mores,
suis impuris vnguibus vellicare nūquam fe-
ram, nunquam patiar, nūquam sinam. Quic-
quid constantiæ propugnatores dicāt, indig-
nationi non ignoscam, magis æternitati lita-
taturus, si iusto dolori ex aduersarij calūnijs
cōcepto, hac expostulatione parētem, quām
si mihi taciturnitatē indicā. Sed ne male-
uolentiæ tuæ socij me pro LVPO solūmodo
stetisse dicāt tibi verò iuratas inimicitias in-
dixisse, vt riusq; mores & scripta omniū ocu-
lis, tanquam in tabula subijciam, vt si forte
me LVPVM à scriptorum tuorum inuidia
vindicare, & in te seuerioris styli lege quæ-
sisse videant, id me nō præpostero fecisse iu-
dicio, sed iusta adductum iracundia cognos-
cant. Enīmyerò quis tam patiens, tam ferreus,
vt teneat se? & te non ad pilstrinum, vel ad
ferricripinas insulas amandet, vbi viuos homines
mortui incursant boues. Qui ne verbo quidem
vnquam à LVPO violatus, ne minima qui-
dem iniuriæ umbra læsus, illum in arenam
pro-

prouocare sustinuisti , è latebris, quem non dicam exprimere, sed ne adumbrare quidem poteras, ignobili inuidia opprimere conatus es, quamquam id fortase nō tuo, sed aliorum quorūdam consilio factū est, qui in Doctorū omnium criminacionem intenti Virum omni laude maiore in odiū tuum subornarunt. Insulsa quædā hominū natio, quæ animi liuore faucia, quos prouocare non audet, alienis armis nititur oppugnare: sed quicquid sit, siue tu illorū votis parasitari spongia tua volueris, siue tibi aliquod nomen supra Herostrati facinus è mortaliū memoria expungē dum, ex tam audaci libertate adpromiseris, in incertū consilia tua direxisti. nam nescis, ignare, nescis, quam extra omne inuidiæ dis crimen noster VEGA sit positus? nescis id in eū posse caluniā, quod in Solēnebulę possūt, vt devirtute dixit Seneca. Nosti fortase (sed quid est quod noueris) Catone in gentis Porciæ duiciem? quot porrò criminacionū monstris , & simultatibus appetitus est ? nunquam tamen cōdemnatus. Idem de VEGA cogita , qui ex quò primis eruditionis suæ initijs sibi nominis, & famæ fastigium extruxit, hostes semper habuit , collatis sem-

A2 per

EXPOSTVLATIO

per signis decertauit, at nunquam herbam
porrexit, sed suarum semper victoriarum
manubijs Hispaniæ ærarium instar alterius
Cœsar is nobilitauit. Ille, ille, sed quid ieu-
nam tantovi ro laudem ex sterili ingenij mei
pascuo at texere cōnor, cum satis natu o suo
splendore luceat, satis virtutum suarum, &
eruditio nis dotibus omnes in stuporem sui
rapiat. Omnia mihi instar sit dicere eum
vñanimi totius Hispaniæ suffragio Phœni-
cem honoris causa nominatum. Quid enim
externas Italiæ, Galliæ, ceterarumque Or-
bis terrarum nationes recenseam, quæ cum
variæ cognitionis, tum comicæ facundiæ
meritam illi palmam conceisserunt. Sed vt in
regno literario non desunt semper homines
æyevstor, quibus omnis doctrinæ laus hircū
aut allium sapit, tu omnis arrosor eruditæ
scriptionis, ex inuidiæ sifario, tamquam
Deus ex machina prodijisti, vt hunc tot pal-
marum Athletam, eà præcipue parte, quæ
vel maxime poterat, eu erteres, & in Orche-
stra inter equites sedentem ad infima caueæ
subsellia, nouus designator detruideres: quod
quidem à te fieri non posse præuidisti nisi sa-
gacis instar canis, omnia ipsius vestigia rele-
geres,

geres, & hinc inde errores aliquos, aut fru-
strationes ~~commune erit cum~~ ipsius, (quæ com-
menta dicere ni fallor voluisti) peragatis
latebris indagares. Ova frum ingenij saty-
rici acumen, omnia ad perfectæ scientiæ le-
gem cogere circa minimas vocularum syl-
labas triumphare, & omnibus pro libidi-
ne abutiri. Quis amabo musarū ocelle, ita in-
scientiarum arce pedem fixit, ut non aliquā-
do cespitate vestigio laberetur? quis autem
hac tempestate sibi ad Parnassum iter stra-
uit, qui non ex alterutro montis iugo in se-
dissimos errores, & turpem aliquando no-
minis ignominiam rueret? Præcipitum il-
lud est, & Carybdis tantorum lapsu notabi-
lis, ut nullum hucusque repertum esse pu-
tem, qui eam illæso pede superarit. Produc-
mihi è singulis ætatibus homines, & ede-
mihi aliquem, Qui viam viderit, qua iretur ad
Carmen, aut usam non timuerit calcare. Et vis-
e triuio magistelle VEGAM inter tot Epi-
cæ, Comicæ, & ut uno verbo multa com-
pleteat omnigenæ poeseos aceruos, quos
ad posteritatem propagauit, nihil hu-
mani passum esse, sed semper in studio
currentem rectis orbitis in hæsisse. Cas-
cum

EXPOSTVLATIO

cum planè hominis ingenium, qui omnia ex
quil*l*a*v*t*i*a, sua metiēs neminem inter literatos
nomen habere existimat, nisi eum, qui a
Criticorum obelis, & omni censuræ seue-
ritate sit immunis. Si saltem tralatitia qua-
dam, humanitate bona cum malis æquali iu-
dicij lance iuxta Persarum morem pensi-
tasses, mitius actum esset, sed ita Andabata-
rum more, clausis liuore oculis omnia ad
examinis tui trutinam castigasti, vt ijs etiā
nigrum theta præfigeres, quibus æquus re-
rum æstimator salutarem literam indulsis-
set. Sed O *ελέγχιστε*, adesdum positis tan-
tillum inuidiæ tuæ ventis, quibus initijs
amabo inter te, & VEGAM tot odia creue-
runt? quibus incrementis sunt adulteria? quod
tam atrox in te facinus admisit, vt sic illum
impuris manibus contrectes, & inuetiuia,
vt aïs virulenta famam ipsius impunè taxa-
re non verearis? Sed quid cum hac bellua
disputo, quæ vitreas tantum fractas loqui-
tur, & somniorum interpretamenta? quasi
non satis superquod omnibus notum esset tan-
tam esse eius animi cacochymiam, vt nul-
lus sit, qui vel musas à limine (quod aiunt)
salutarit, ad cuius æmulationem non accen-
datur,

datur, nullum quē obelis suis, & veribus nō configat, nullum denique ex doctorum confessu cuius capiti non insultet? testem hic IOSEPHVM SALAM aduoco, virū in quo nobilitatē literis pari vinculo sociatam veneror, quem tu toties ore tuo ferreo indignis modis lacerasti, cuius diatribam de calculorum usu veteri, quam auaro nimis sinu reconditam habet atramento futorio collutuasti, cuius denique doctas in Petronium notas, quas hianti ore cūcti musarum alumi-
ni exoptant, Pastoritia fistula excepisti. Sed ne fors me tibi lector quicquam putas affin-
gere en epistolam, qua Salam supinæ igno-
rantiæ insimulat, & eius de calculis diatri-
bam explodit. vide, lege,

TVRRIANI EPISTOLA.

Literato & illustri Viro S.

NO N D V M Appollinem accesseras excori-
na sciscitanti, immo & oscitanti responsurum,
& per inuios calculorum tramites sub luce deuianti,
maligna auxiliaturum (Toletum dico) quem varia
criticorum lectione diligenter, sermonis puritate
disservi. & ut uno perstringam verbo, Prisciani si-
gma-

EX POSTVLATI O

gnatarium militem, Stigmatiam, vel stigmati-
cum dixisse, si probatos Authores consu-
liuisse, sed effudisti quidquid in buccam ve-
nit, ut Virum supra omnem inuidiam posi-
tum, etiam calamo tuo vellicares.

Præsentem tancum videris compellare, cum ad
me detulit illud nescio quis. nec non multum te illi
conquestum de nostro Emanuele, strenuo Musarū
propugnatore, haud iterus inficias, cum experitus
non semel illius ingenium, vario literarum congres-
su iei admiratione, & astantium progreſſu: ac de me
ſimul, qui vna cum ipso, cprimum Complutensi de-
cessi tempora ſtra, huncque appellerē pontum astuā-
rem, ſanè et ſi in alium procedere nauigaturos teme-
re eius pelliciat malacia te ire decreueram ſalutatū.

Accidit ex ſententia, nec permifimus quidem, ut
opata manibus elaberetur occaſio. Post aulica tam-
en verba, comitatem, bonamq; indolem redolen-
cia, fucato lenocinio, quibus callidior ſe insinuareet
ſerpens, & virus lethale euomeret.

O Scorpionem pernitiosum! qui cauda
blanditur, ut venena fecurius excutiat.

Inexpeditus de propria noster Emanuel suorū
calculatorum diaatribat a ferula.

Verbum nouum, & ante hāc diem in p[er]ditū,
Diatribata ferula, quis hoc vidit? Quis legit?
Certe

inauditum

Certe non hoc ad præscriptum Horatij,

— Licuit, semperque licet,
Signatum præsente nota procudere verbum.

Sed tu hæc longe citius, calamo soles ex-
cutere, quam asparagi coquantur.

Tunc nec

Audio Parræ recinentis omen.

*Ex quo satis mihi persuasum laurum conuiuum,
laeti uicis inchoandum.*

De quo Petronianus concena dicat, nihil
in eo boni esse.

Recusaui non semel (*Dum ipsum restor*) verūm
elaborauit, ut sua tenaci desisteret sententia. Suspi-
cabar enim malevolentiam ex benivolentia, ex mi-
ra animi tranquillitate, iram non solum excitandā,
sed inflammādam insuperabilem. Ambit lauda-
rē multūm sibi Natura hominum, non frustratim
canino dente dilacerari. Solæcifas ut soles, nec
audis pueros in scholis declamātes, *Laudari*
sc̄, non sibi.

*Cum ille tandem non solum animo cui iniurandi,
sed exponendi ob oculos Schedarum merces, & à tā
to Viro valde alienas, quippé non putidas, haud arte
politas, nulla constat iudicij structura compostas,
nec re cu mense laborares bile absit: absit, sed re*

B

pru-

EXPOSTVLATIO

prudenter admonitus, ex eis decuteret fuliginem;
pumice & quares tubercula, & adamusim Grāma-
tices perpendiculari corrigendas, committere non gra-
uarere. Quam aliter t' excanduisti, subito exarfis-
ti, ut malam quisque de te imbibere opinionē, cūm
non

— sapienter ident

Contrahas vento nimium secundo,
Turgida vela.

Ac verò cūm animaduertiſſem, non leuia cēfenda
qua dī ſe, et ſi amarulēco tibia adnotata calano obie-
cerat candidæ notæ vir, & cachinnarię non deſi-
ſtere, eſedumq; aptari curſim iubere, & impēdens
periculum ſubterfugeres, mequé nutantem erahe-
re diu Lucili reconditum admodum, ac penē abdi-
cum locum, cui te faciem prætulisse audacter pro-
clamare non definiſ, quintanto lumine oculorum
acies perſtringeretur abacta caligine, cum ex iſe
uno, veſpoſonderas arcānum ſenſum, & inquirere,
& unico inſpicere intuitu deſiderarem, renuisti ca-
men, neque inoffenſo pede, obscurioribusque
illumin tenebris offuodisti.

Tu certe omnia ita tenebris plusquam
cimmerijs offuodis, ut tibi idem dici poſ-
ſit, quod cuidam apud Quintilianum, ſi nō
vis intelligi, tace.

Hinc

Hinc irrepserat suspicio, qua cuam iniectam animo spem propellebat, vrgebatque maiori quadam vi, ne perconcari diffiderem, quid est in causa, quod in aquato calce paumento, dum ad numerum fallere nixus, consideres surpicer sine numero,

15

Dumosis calculus aruis.

Tua inuidencis formæ aliquantulum fama
descurparet conuicerat te, nunc verò adnegas: asser-
vis enim, ut te ipsum tuearis, oratiunculam non ex
verbo sibi infinitum adiungēte, sed ex quodam sub-
stantivo pendere, cùm eset venustrius residem ani-
mum præferre.

Aliquando bonus dormitat Homerus.

Nec nostram insontem argueres molestiam, lege
perlege, tua illa sunt, nō nostra: quod si non occallue-
ris, quippé author turpi inurendus nota. Expendas
modo an mera nuga sint, quod fatearis oportet, cū
omne prorsus excludant vinculum orationis: an
quod sine rubore nunquam audebo dicere solacismus?

Ausus es tamen facere solacismum, cùm de
Solacismo imprudēter argutaris: quis enim
hoc non videat? Audebo dicere solacismus, pro
solacismum?

B 2

Elige

EXPOSTV LATI O

Elige, felige, supplex tamen exoro, ne ad Toletum
consulendum recurras, quia mihi exceptanti diem in-
dixeris, suggillata demonstrabo, ne dedigneris, mit-
to alia, que ad Grammaticos spectant, quippe de-
vocibus sic Ethnicos Philosophos illos describens,
Grammaticus circa curam vocis versatur, & ut lo-
gissime fines suos proferat circa carmina, circa hi-
storias hinc te ipsum colligere potui, & alios, qui le-
uiter humanioribus literis delibuti, veram cuiusque
scientiae notitiam sibi vindicant arroganter. Ad
alii mea recurreret oratio, nisi nauseam periimes-
cerem tuam, sunt enim magni ponderis.

Onnibus ita nauseam moues, ut nullum
fore existimem, qui te ad scombros non reij-
ciat, ideo pluribus annotandis non immo-
rator.

Quæ non ut taxem, sed ut efformes iterum enixa-
contendo, ne indecorum ut lepidé Venusimus.

Et male tornatos incidi reddere versus.
Quod melius quisque sanæ mentis iudicabit, quam
temerariè exponere Critorum immanitati. Ex-
pungunt literulam, dilacerat sensum, & subsanna-
tavulnericuent amadhibent manum, neque exhibi-
bent medicinam; oppugnaste, nec propugnas varijs
in locis, præsertim cum Scyrbiam, & Creticam
calculorum consuetudinem Romanis inductam pro-
blema-

blematice affimes, nec aliquid deducas assertum,
aptius ergo caligo (hic perdens homines) sistet
paulis per gradum non doctrinæ, quam circumual-
laueras, eoc authorum farragine obuersari cognos-
ciss? Si succussanci numero, & pedestri dictione io-
cariliceat, calculos ipsi Romanorum tumulis, vnde
cum cadaueribus obrutis afferuisti. Indeque in Hi-
spaniam profluxisse. Cur tibi metipsi grauis solum
ad Scythes adstruis allusisse? Quid clarius? Sty-
lum veras.

Sic nonum calculus premetur in annum.

Deest Aristeneti locusti ipsi pugnans, maturius
rem consideres, hac superstis, nam si de Erithræo
mare de India plaga, quam afferis gemmis esse af-
fluentem, cum hac in re nullus hæsitauerit vñquam,
& tu longum cœxis parergon.

Illud plane Parergon ita eruditè tracta-
uit, vt nullus non ergon esse iudicet, sed quis
tuas nugas moretur, nisi morari velit prima
syllaba producta, vt lepidè de Claudio dice-
bat Nero.

In memoriæ etiam rudibus conspicua sunt,
parc scilicet topicæ, sic Sophie Princeps.

At non sic Priscianus, & omnes Gramma-
tici, qui nos luce meridiana clarius docent,
in memorem genitio seruire, non autem no-
mina-

EXPOSTVLATIO

minatiuo, vnde dicendū esse disces, Immemor
partis, non pars.

Haud argumentis indiget, quibus fidem facias,
sed hæc ad alios, a te ornatissime vir, hoc opus oculata,
imo & mordaci lima macerari, & mihi de
tuo obsequio multa commendare. Vale. Ex Mu
seo, postridie Kalend. Iulij. 1617.

Addictus iure.

Magister Turrianus.

An non huic lector iures Dodonæum odio-
rum ebullire fontem?

— Tanto mucrone minatur?

Ita efferuescit iracundia, & conuicijs ve
litatur? de solæcismis enim, & dictiōnis bar
barie taceo, quæ cachinnū potiusquam in
dignationem moueat. hęc sit tibi quasi cani
næ facundiæ promulgat, aliud epistolare frag
mentum tibi tanquam lautijs ferculum ap
ponerem, quod mihi a F R A N C I S C O
LOPIO Aquilario viro admodum literato
(ne plura de laudibus ipsius dicam) Valen
tiā missum est, in quo dentes, in mores a
cuit, & in Salam maledicētiæ virus intimat,
vsi vna fidelia quasi duos dealbans parie
tes argumenti quod ipse mihi præscripsi cā
cellos

cellos transilirem, nam

ducum taceo duces

quos ille indignanti calamo perfodere non
erubuit. Deus bone! quoties Matriti Athe-
næa ad insanias ipsius calumnias obstupue-
rūt, quoties doctorum famam in discrimen
& periculum adduxit, doctorum inquam,
quorum nomina in medium etiamnum spi-
rantia possem producere nisi modestiam il-
lorum & patientiam læsamiri pertimescerē.
Venio ad præclaram tuam Spōgiam, qua te
melius, quam vlla alia re tui nominis auspi-
cijs prælusisse censes, quod ea nimirū n̄ non
hominis vnius, sed sermonis, aut dēmonij, pr̄
quo ceteri tanquam vmbrae terrenæ volita-
mus, scripta delere aggressus sis, qua in re
ne me stricto tecum iure putes agere non in
abditos nugalium tuorum recessus sedulus
censor inquiram breuiter tantum per male-
dicentię campum vagabor, & vbi vires suas
iniquitas conduixerit, ibi crudo cestu pugna-
bo, & nullo negotio mendaciorum tuorum
affanias prosternam; sed vnde primū ordiar?
aut quo te destinao iestu vulnerabo? nam
quocunque per spongiam tuam oculos iuij-
cio, ludicra mihi insaniz scena obuerfatur,

in

EXPOSTVLATIO

in qua ignores risum ne difficilius sit, quam
iracundiam tenere. Nam hinc decumana in-
uidit tuta tempestas mihi bilem mouet il-
linc ingentes notæ, quas sermonis tui barba-
rie æui prisci grammaticis inuris, & disper-
sa per integras paginas ~~λαπισματα~~, reniten-
ti risum e blandiuntur, & extundunt. Iam e-
lumbis stylus languens, varius, ubique sibi
dissimilis, & confusa verborum tuorum se-
ries, quæ inscitiam tuampalam arguit, a quo
non commiserationem deprecetur, *In metri-
ficatorem, inquis. Vulgi sententia primum spongia
& responsio nanijs quasi actat, tam in orchestra se-
dens quam in Sipario ludens.* preclarū sane pro-
thyræum, & encausto muriceo dignum, *Metri-
ficatorem* vocat VEGAM nostrum loquax
Grammaticaster, neque enim curat Cymbri-
cē loquatur, an Utropicē, nec etiam desudat
in allegorijs, aut metaphoris, sed συνάρτηση συνά-
ρηση λέγει. *Vulgi sententia.* Musæ vestram fi-
dem! Eum dicas vulgi sententia poetam esse
quem postea facis in *Orchestra sedentem?* Quis
te à ratione relictum esse non putet, qui te
ipsum gladio tuo sic iugulas. Cui autem lu-
do vis eum in *Sipario ludere?* An non cum
Claudio alea pertuso fritillo, ut fugientes
sem-

Temper tesseras querat, & nihil proficiat?
Certè vel te non capio, vel mera cucurbita
appingis. Sed hic soli habent Critici, in
quo largè delicientur: nam illorum theatro
drama suum dedicauit noster scurra, nimi-
rum,

Viturus Genium debet haberet liber.

Sed lubet paulum scire, quodnam sit illud
Criticorum Theatrum, & qui nam hunc sibi ti-
tulum, si dijs placet, in Republica literaria
præfigant? An non fortasse ventosissima, &
futilissima omnium, qui literas tractat Criti-
corum graculorum natio, non solum libe-
ralium artium, sed etiam omnis ciuitatis,
& humanitatis expers, quæ nullum librum
potest instituere, nisi eum à contumelia in-
cipiat, & in contumelia terminet, ut optime
Scaliger, quosdā sciolos exagitat, inter quos
Critici nostri monitor, Socratis nostri Ge-
nius, non postremū obtinet locum, qui cum
prosersus sit in literis hospes & peregrinus, se
solum perfectam demum Critices cognitio-
nem attigisse, solum se cum antiquis sapere
putat, & loqui, si quedam in aliqua tonstrina,
aut angiportu ineptæ ambitionis verba
dixerit, nec sentit, proh dolor! se vanis

C exer-

EXPOSTVLATIO

exercitum laboribus in indaganda Ge-
niorum natura fortunas suas, geniumque
defraudare. At de ipso amica exprobratio-
ne molior, vt illotas a Genio tam impurè
contrectando manus amoueat, vel saltem
moneo, nesit in alienos mores tam rigidus,
& dicax Arystarchus, nec digna commenda-
tione scripta maligno peruersæ naturæ vi-
tio traducat. Alij sunt etiam eiusdem farinæ
homines, qui se è solùm Criticos esse cen-
sent, quod alienæ famæ, doctrinæque inuidi,
Salmonea in excelsas pyramides fulmina in-
cutere conātur, dùm interim referunt, quod
imbelles apiculæ, quæ ad primos stimulorum
impetus moriuntur, sed eos perstringere ni-
hil moror, cùm eos satis, superq; VEGA in
epistola liminari, libelli de Fidei triumpho,
nuper ab eo euulgati infami digito indicarit
quam ego tibi latia donatam dictione à S I-
MONE Chiauello, adolescēte supra æta-
tis captum eruditio, subijcerem, nisi me se-
quens verborum nouitas ad se raperet, *Tre-
pus Ruitanus Lamira*, loqueris antigerio, cū
Euandri matre: nam te medius fidius vix ip-
se sapiens Numa intelligat, nisi consuetis
Ægeriæ vaticinijs. Si pro Trepo Tri podem
di-

dixisses, nullus non oraculum aliquod esse
crediisset, sed pupi in scholis male consu-
tas fraudes tuas detexerunt. Quidam te in
Bonarscij métem non secùs acclomerus in
Ennij animam commigrasse dictitarunt, ex
quo egregium illud celandi nominis inuen-
tum, vt & alias complures symbolas, ex qui-
bus conuiuum tuum instrueres, corrasisti.
Quid plura? Omnes te PETRVM TVR-
RIANVM RAMILÄ vna voce pronuntia-
runt, quod nisi credis, hoc tibi Epygramma
anonymi cuiusdā eius rei fidem faciat.

*Adulterinum nomen inuehis chartis
Calumniarum tela clanculum vibrans,
Trepumque Petro subdis, & Ruitanum
Pro Turriano dicis, hoc putas nesci?
Times iocantum sibilos pusillorum.*

Mancum esset, & mutilum tuum nomen, ni-
si illud titulorum mole obruiisses, dum ais,
*Acerrimus notæ propugnator, quâ inurit Hispaniam
dicacissimus poetarum, quod immergeat lau-*
det immodicè. Hic esset quo tibi sculponeis os
probè batuerem, si vellem omnes spongiæ
tux apices religiosa sedulitate obseruare.
Quis enim cuiusvis regionis indigenæ in cri-
men obijciat, quod patriam immodicè lau-

C 2 det,

EXPOSTVLATIO

det, nisi qui Lebæridis cœcitatem induerit?
Sed te benignè interpretari cupio: nam si ca-
cozeliam tuam noui immerentem ad V E-
G A M refers, quem cum alia re non possi s
destinato ~~leges~~ ~~versus~~ ~~opus~~, telo vulnerare conté-
dis, vt infra positum splendore tuo prægra-
ues, nec enim te pudet illum vincere? vt de
Philomone dicebat Menander, non tamen
vinces, sed ipse in ignorantia tua triumpha-
bit.

Excusimus iam vniuersalem spongię tuæ
titulum, alius occurrit, quem maior iste tan-
quam oneraria lembum agit. *Iusta* nimirūm
Auctoris querela (si vel umbram æquitatis ha-
bere potes) in vate audaciorem Prometheo, quod
planè conuitum tibi longè melius conue-
nit, qui supra fabulosam Promethei audaciā
tanti ingenij lumen ferula tua, si non furari
certè conatus es extinguerre. Sed expenda-
mus illud antelogium tuum, siue querelam,
vt vocas, næ melius illam diras, aut satyram
indigetas, cùm non querentis voces, sed
iurgantis conuitia complectatur. Ne *diutius*
(inquit) me caperata intuaris fronte, & petulan-
ti ardore irruas in me, etiam si non cognoverit, in
malos aspernum parata collere cornua.

Tur.

Turba poëtarū mecū hūc Helicona mouete
Et mecum iuncta currite ad arma manu,
Bos ille fænum habet in cornu.

Dicite Io nobis hic feriendus aper,
Perge In animum induxi meum ut iram deponas
aliquantulum, non solum verbis qua solent hinc, &
illinc tanquam ludibria vento exagitari, sed hac vi-
rulentia inuestiuia, tua iam diu commentaria vulga-
tæ theatro taxare prudenter. Candidè hic men-
tem tuam aperis si solum VEGÆ musam
incestare, & veneno tuo perfundere sit ani-
mus, sed! O cæcam calumniandi libidinem!
iam exorbitas, iam ab instituto deflectis, &
ad mores tuam conuertis amentiam. quid
hæc enim sibi volunt? ut nisimul cum pudore
exuisti mentem quare debachantem admiramur?

Cum simule Curios, & banchanalia viuas.
Et ipsis pœceptis, quæ misera refugit plebecula po-
tius quam audo exhaustit animo, cum te prurigine
infestu esse videat nō superantem vitæ candore. Hy-
perboreas niues. Hic omnia pudoris claustra
perfringis, hic totus non Phæbi, sed Bachi
furore exœtuas, nec mirum, nam id saepe
Romulidis contingit, vt

Saturi inter pocula querant

Quid Dia poëmat a narrent.

similes

Cæte.

EXPOSTV LATI O

Ceterum quæ nam illa prurigo est, qua ipsius animum plebecula infectum esse videt? quādo illum quæsito religionis fuso Curios simulantem vidisti? quando denique in luxu bachanalium ne potantem? cavit olim edito Imperator quidam, ne quis ferro nisi in agricultura vteretur, vellem certe, vt tibi tanquam regio decreto solū in VEGA ope- ra, non autem in candidos mores styli atrocitatem exerere liceret, sed age, prosequere, nam de tuæ dictionis striblige, de solæ cis quid loquar? quos longè citius calamo excutis quam vulpes pyrum comedest, vt Plautino adagio vtar. *Qui vitia aliorum carpit illis ipse carere debet sic eloquentia parens, vnde orium duxisse arbitror tritū veritate proverbiū.* Hoc Erasmus & omnes adagiorum scriptores negant, eu euince, & solem saluis oculis intuerere. qui effrānatam & luxuriantem compescit iuuenit Echicis, & Politiis effrontem dedecuit eße semper, sic carmina effundenda censeo, non quæ blādam inspirent Venerem, & lethale infundant vene- num, & quasi Syrenum concentus, dum alliciunt, pelliciunt, & hoc mundi procellosum enauigantes mare ad interitum detrudant illachrymandum. Posuere hic paulisper dementiæ tuæ venti, iam

iam sententiosus es, & qui πολεμικὸς ante fures, iam πολιτικὸς euadis, Republicæ quidem prurigo immedicabilissat cognouisse dolenti, cum tē terrima hæc lues, potentioribus herbis, & sapientiori indigeat Aesculapius. illi solūm medicandam lumbens relinquo. οὐδὲν ἀγαπῶ inquietabat ille, hic plānè nimium sapis, dum sub hac fictæ sapientiæ larua serpentis instar virus spargis. Nostra ad te iam spicula ut in am Lycambeo madentia sanguine, ne inultus, ut flere puer adigar. Penitus frontem explicas, & dicacitatis tuæ genium declaras, nec euitas interim odiosam verborum battologiam, quam centies iam iterasti, mihi oppido Crambe bis cocta mors est. Duo tamen ex te maximè cuperem obtinere, sit tantùm mihi in fre tam difficiili vindicare possum Possem, dices, si pure loqui posses, sed quæ nam illa duo sunt, quæ tantopere desideras? Primum, ne tandiu fallacem umbram persequens ve ritatis lumen fastidiens exterarum nationum applausu i fide restandum. Ergò nationes externæ non verè illi applaudunt, sed adulazione ficta gratulantur? Ergò nesciunt illi tuo iudicio: cæci quid agant, dum huius viri delicias admirantur.

Mirati minus Atticos alumnos?

Sed

EXPOSTVLATIO

Sed conuincat te, vel illud L VDOVICI
TOLETI TRIBALDI viri eruditissimi,
quem omnes tanti faciunt, vt ipsius authori-
tatem defugere non possis. Illud inquam elo-
gium ad VEGAM, quod cum alijs plerisq;
doctissimorum totius Hispaniæ virorum de-
fensionem istam coronabit, vbi sic dystichū
ad amicī gratiam comparatum profert,
Te legit Ausonius, Gallus, Germanus, & Anglus,
Te stupet & nostri Musa beata Tagi.

Dic etiam fractior sediliorum ipsum frigidā
suffundere. Et Italiæ præcipue, qua rāntosimor
tali decorandos prædicatione progenuit viros, Pha-
bi plenos furore, quorum impressa vestigia, nec pre-
mere tibi anhelati, nec Caballino fonte labra prolu-
re unquam concessum. Omnidò Rethorices ig-
norantia, vel tyrocinio peccas, cùm tam ma-
le hypothesis reducas ad thesim. Nam in
hypothesi somnia, in thesi autem loqueris de-
liramenta. Quanta enim absurditas est, præ-
cipuos totius Italiæ viros in argumētū addu-
cere, vt ipsa de exterorū laudibus fileat? vt
quia Virgiliū educauit, Martialē despiciat, &
vt sitdere ceterisibus sermo, quia Sincerū, Ario-
stum, Tassum, secundo partu substulit, Bos-
canum non laudet, improbet Garsiam Laf-
sum,

bcs

sum, L V P V M dēniq; a VEGA è pōeticis
cancellis elminet, explodat, exsibilet? Quā-
uis huius tempestatis oloribus mirifice concinnet i-
bus nec conferri tantam ausus, sed etiam gracili
avena superare contenderis. Hic minus mordax
es quam putas; hæc enim cui non laudabilis
est contentio? quis animorum ad magna sur-
gentium esse non dicat, viros magnos non
adumbrare tātum, verum etiam exprimere
conari? sed miror locutionem tuam nouam
superare, Oloribus pro Olores, dignus certè in
cuius scapulas virgidemiā depluat Priscia-
nus. O cæca mens! quid Sinceri bucolicis maius?
quid Ariosti diuiti præstantius ingenio? quid Tassi
animatae granis tubæ clangore? nil sancè. O te
longè ab inuidia cæciorem, si hoc LVPVM
negare putas: nam quis vñquam illum diui-
nis hisce oloribus vel per somnum audijt
obstrepentem? imo quis non extra laudum
humanarum terminos extollentem? neque
immeritò, quis enim o Musarum ocelli a ve-
stris elogijs sibi tēperet, qui amænitate poe-
tica Italæ cāpos ad miraculum exornastis
qui si quid in heroicis arduum in tragedia
cothurnatum, in bucolicis simplex diuino
ingenij vestri acumine attigistis? liceat mihi

EXPOSTVLATIO

vicarias hasce VEGÆ laudes vobis adscribere, quas ipse indignus haud aggredior, ne vestros cineres violem, aut humili voce sim peccaturus in Manes. *Et tu omni deposito rubore amens certè cum his perstrepenti calamo inire certamen non recusasti, ut explodēdus sibilis ab omnibus exciperere.* De te dici potest quod est in veteri prouerbio, semper demēs nam semper deliria, sēper mēdacia blateras. quādo enim cum illis nobilibus athletis congressus, aut vbi? num fortè vis in campis. Gurgustido-nijs?

Vbierat imperator summus Neptuni nepos?
Quando autem non illorum vestigia adorauit? sed quia illos ad omnium stuporem imitatus est, tu qui id ferre non potes, in æmulā inuidiam assurgis, & in scirpo nodū quæris. At perge mi homo, perge, si quid supersit in hac tua querela, quod tibi calumniæ naufragia moueat, effunde, nisi fortè iam omnia in sinum tuum effudisti. Propera confessim in Arcadiam, certè non vacuus incedes, sed probè mendaciorum clitellis oneratus, & illic optimè tecum agetur, siquidem Ambrosiæ fœnum præfers, & cum asellis stramēta manuis, quām aurum. *Arcadia caria le Cimolia illi-*

nun-

nuntur creta. O te canterium in porta, cur enim nō etiam Eretria, Sarda, Selinusia, Vmbrica, & alijs etiam Cretæ generibus, quæ à Plinio poteras depromere, hanc purpuram, bone fullo, tingebas? Sed dij, deæque ut immoderata calumniandi libido, miseros homines excæcat, quibus ipsæ etiam virtutis, & laudum tesseræ, in maligna maleuolentiæ instrumenta vertuntur. Ignorabas enim sola laude & honore digna tantummodo Creta signari? Nigri coloris notas, Pythagoram ignominiae adiudicasse? sed quis non dicat.

Illa prius Creta mox hæc carbone norasti?
 Cum leget hæc sequentia, *Sylvestrem imitatus musam, et si tam præclarum exemplar imitandum obseruaretur, subito ignorantia caligine circumfusus infantilire cœpisti.* Infantat plane Nebulo iste, vt ipsum obiter emolliam, & Tertulliani verbo utar, dum hæc lallantis instar pupi vix bene semitertiata verba balbutit. Nam quid est, quod in hoc bucolico poëmate desiderari possit? An libera & ligata versuum facundia? At hic nihil, nisi ad veram poëtices normam expressum est. Nihil nisi fonte, & fronte sudatum. An fortasse *fragates* flosculorum deliciæ, quibus pastoricij versus or

D 2

nari

se

fragantes

EXPOSTVLATIO

nari cupiunt! At hic supra decantatos Alci-
noi hortos ridet amœnitas. Quid igitur? In-
obseruatæ forsitan bucolici carminis leges?
hic triumphat aduersarius, hic regnat,

— Illa se iactat in aula,

Sed quoquo?

— Define perniciax;

Magna modis tenuare paruis.

Præmatura est tam inopinatae victoriæ læ-
titia, cùm non defuturus sit, qui hāc tibi lau-
rum præripiat, & tumidas futilium rationū
tuarum bullas nullo negotio dissoluat. Nam
age, Et inducis gregis custodes, syderum cursus,
renum primordia, natura vicissitudines, temporum
ancipites euentus obseruates, ut illis ingenti cachin-
no irrideres. Non possum, quin ingēti cachin-
no irrideam locutionem tuam, Grammatif-
tarum floscule, cuius nullus apud antiquos
authores classicos vsus reperitur. Tua autē
objectione vmbra bratica prorsus est, ac nulli mo-
menti: nam quoties ipse poetarum Princeps
in Eclogis suis pastores astrorum peritos fa-
cit? Sed tibi nouum fortasse videtur, quod bu-
bulcis celi cursus, & abditorum nature scié-
tiam attexat, sed id non errori, sed arti impu-
ta, cuius beneficio potentissimos Hispanæ

Prin

Principes, efficto bubulcorū nomine in carmen inducit. Quam enim absurdum esset, & omnium auribus ingratum, hos Principes licet pastoricum indutos arniculum, plebeia quædam è bubequis, & è crate faginea mendicata colloquia inter se agitare. Neque est etiam quod ijs male proposita esse præmia crimineris, videlicet, *Scriniolum*, ut ais, ex margaritæ callo affabre factum horologium in dice fugacis temporis, demonstrante vestigia, & mal leoli ita cintinnabulum percutientis, ministras mortis fideliter admonentis irrevocabiles. Hæc enim sunt tua verba, quasi sesamo, & papauere sparsa. Nō est inquam quod decorum requiras, cum LPVS optime præmia, iuxta personarum dignitatem pôderat, & quod hac tempestate præcipuum est scenæ & artificio seruierit. Sed si attenté Maronem suauiter modularem, si Parthenopes decus Sannazarum letitias assidue. Quasi verò hi sub auena pastoritia veritatem aliquatenus adūbrassent, & non per fabulosa eclogarum commēta suos Damones, & Alphæsibeos ludentes inducerent. Cum poetarum maximo vitulam deposuisse, et si cancum sorti exponere reformidares,

Est tibi namque domi pater, est iniusta nouerca.

Quis

EXPOSTVLATIO

Bis die numerant ambo pecus alter & hædos.
Hic ab instituto digrederis, & ea dicis quæ
neque cœlum, ut dicitur, neque terram, sa-
tius erat videre, an ex omnibus numeris po-
sterior ille versus constaret, cui tu vnam
syllabam ademisti. Saltēm dices,

— pocula ponam

Fagina cœlatum diuini opus Alcimedontis.

Lenta quibustorno facilis superadditavicias.

Diffusos hedera vestit pallente corymbes

Nondum illilabra admouised condit a seruo.

Hæc apta bubulcis.

Cur non breuius cum Trebellio dicebas
discos corymbiatos, lances pampinatas, pa-
teras hederatas proponendas. Illa vero ciui-
bus opulentibus excogitauit ambitio. Tuis certe
erroribus.

Eſent & vitis danda diurna tuis.

nam Augiæ stabulum velit expurgare, qui
barbariei tuæ sterquilinia egerere. Quis e-
nim te pusillus non obtorto collo in ius ra-
piat, quod sic grammaticæ venustatem de-
turpes? simile est illud etiam tuum sequens,
Quod si vafre tua adnegat lingua vultus & gena-
rum rubor prodient manifestè. Cum prodent
dicere debuisses. Iam reliqua, quæ hic cumu-
las

Ias sunt solitæ tuæ è schola cantilenæ , qui-
bus si morari velim, vacuam penitus chartā
tuam relinquam.

Ad secundum comediæ tuæ actum venio
in quo *Angelicam* , vt ais una litura occupas ,
cum plures tamen in ijs, quę aduersus illam
obijcis, lituræ quam literæ reperiantur. Sed
incipe. *Hac in verecunda prolapsio potius tuam cō-*
ciuitavit insaniam quam insolentem compressit au-
daciām, qui decoris iacturam non extimescunt fa-
cile cunctas difficultates absorbent imparia sibi im-
ponentes pondera quintentent prius, quid valeant
humeri, quid ferre recusent. Haud aliter quasi me-
ram fæliciter completo cursu, & omnibus a tergo
relictis attig̃ses celebri Ludouici Lyrae mirificè
personant̃.

Forsé altr̃ canterā con miglio plectro .
succedere eadem concinnitate de te existimare non
dubitasti. Magnam tibi sane hæc VEGÆ
Angelica faceſſit molestiam, magnū est tibi
liuoris incentiuum, quò d tantam prouinciā
priuatis auspicijs ſusceperit : ideoque illum
superbię arguis, & temeritatis accusas, quasi
non omnibus hic campus pateret, quasi luf-
ciniales ſuos cantus Ariosto ſociare non au-
deret. Cūm hoc tot inferiorum virium va-
tes

EXPOSTVLATIO

res tentarint, cùm illi tot antiqui, tot recentiores ad hoc inuentum viam strauerint. An non Quintus Calaber relietas ab Homero spicas collegit, ex quibus derelictorum conflauit spicilegium? Et Mapheus num Maronis Æneidi extremā manū apposuit? Num denique ipse Ariostus hanc quasi posteritati Prouinciam demandauit? cùm dixit,

Forse altr. cantera, &c.

Sed opus inter nauticas angustias tam felici partu sublatum inter cautes, & vada tanta elaboratum industria inuidiam tibi commouit.

Mitto hic infinitum nugarum tuarum aceruum, in quo perpetua *τευτολογία*, perpetuo styli, & barbarismorum vitio laboras. Hic tamen cristas tollis, dum aīs: *Deest numerus, partium dispositio, ex quibus totum coalescit poema, sed haec ate aliena valde cùm Peripatetico rum gymnasia nunquam preseris, nequè eius limina salutaueris.* Lepidè semper curua corrigis, & irrisio[n]is materiam ut *Cyclicus olim scriptor rudi exhibes popello.* (Tuis enim aliquando verbis vti placet.) Sed ades dum, vnde tibi constat, VEGAM Philosophiae imperitum esse, audebis nē pedem pedi? Intuere in hoc Ange licæ

licet poemate sic intextas, admiraculum Philosophiae spiras, ut vel renitentis lectoris animos, oculos ad se trahant, & ea tulit amē scripta Vulcano consecrare aedes, abusus miseri Infelicibus vstulanda lignis.

Angelicam dico, quam magis eruditant guttu re discrucias, quam Roldanus illius tabescens cupidine persequi poterat. Quid ait, os impudens, Angelicam discruciauit, quam ita efflictim à Rolando adamatam ad viuum expressit, ut nullus non istius descriptionis spectator, cum ipso Rolando ipsius amore contabescat?

Draconea Hispania dedecus opus obliteratur integrum. Informi huic libello insuisti alterum in epiarum demore plenum, cum solū in festissimum Oceanō Pyratam & barathro emersam belluam vastantem cuncta, & Occetus & Ortesa preciosa sub Polo nauigantibus pericula ferro & incendio subripientem insudaueris carmine celebrare, quām imbellem sub Philippo Regum potentissimo credideras. Quidam olim Theodorus apud Plutarchum, de suis auditoribus querebatur, quod eam quam dextra doctrinam subministrabat, sīistra reciperent, idem prorsus hic tibi TVRRIANE, contingit, qui integrum Dracon-

EXPOSTVLATIO

iteæ carmen præpostero ordine inuertis, & su-
pra dissipata Sybillæ folia confundis. Nam
vbi sic in hoc opere infestam illā, vt ais, bel-
luam laudauit, vt Amaiæ Hispaniæ nostræ
Ducis famam minueret, vt ipsius victorias
obscuraret, vt ipsa denique Hispania (quam
imbellem ipsum credidisse affingis) dispen-
dium pateretur. Nullibi planè, sed laudauit
tamen: quippini? Si ex celebrata ipsius mag-
nanimitate maius Amaiæ nomen exsurgit.
Sic Maro ipsius Turni, sic Homertis Hecto-
ris fortitudinem decantarunt, vt Æneæ, &
Achillis victoriæ magis alienis laudibus cla-
rescerent. Sed quid mirum, si omnia tibi pu-
tent, cui nec ipse Iuppiter quidem placeat, vt
nec alijs quibusdam, qui tecum *inoffensis oculi*
lis (vt ais) *obtutu inspiciunt Solis rotam*. De qui-
bus meritò ipsius Amaiæ Manes expostula-
re possent, quod sic eos per LVPI latus in-
festent, cùm eius tantum debeat versibus,
quātum vel ipse Achilles Vati suo, cuius be-
neficio æternitate donatus est. Nō immoror
plerisque huius capitinis quisquilijs, cùm ma-
gis studeam causam implere, quām pagi-
nam.

Venio ad Epopeiam quartum funestæ
tuæ

tuæ tragædiæ actum (nam soccum cothurno commutasti) in qua vires colligis puluerem multum moques, & cuiusdam instar vulturæ apud Plautum *magna conatu, magnas nugas agis*; sed quid tandem? saxa, erunt sine vulnere ferientia ementiti fluctus quos vel minima rationum momenta repercutient. sed descendamus in campum, & pressius pedem cōferamus. Tu autem lector, qui huius pugnæ sequester assidebis vide an mihi immerito ex hac impari cōgressione palmam ad promittā? age igitur; *Si nō multo maiorem cachinnationem concitasses tua insipida Epopeia quam levigatæ pumice, & ultima maceratæ lima iactitas impudenter.* Lege vltimos Epopeiæ versus, & videbis quam non inanes gloriole fumos auctoretur, sed tanquam carminis imperitus integrum opus ad piper amandet, & passas in Martium vuas. *Sustinuisse equidem hæc Italiam lumina, et si agrè amulari anxiè te elaborasse, at vero pene diuinum T'assum tua pedestri oratione futili ingenio, & balburiente lingua praire, nec assequiri tantum, nisi quitecum Anticyras sit nauigaturus perpeti non grauabitur.* O summa dementia! Idem de Ariosto superius obiecisti, & conuitia utrobique spargis, quæ te copæ

EX POSTV LATI O

& l^ax evonib^{is} docuerunt. Didicisse pri-
mum, & postea hoc irremigabile transesse pelagus.
at cum ferulae nunquam supposueris manum infor-
mandus aliqua disciplina. (melius dices ut in-
formareris.) Aquosum Orionem discincto tem-
pestate in se infestas nautis Pleiades euitare pre-
sumperas.

— Audis

Iuppiter h^ec nec labra mones cum mitere vocens
Debueras vel marmoreus.

Id circo L V P V S peritiam nauigandi ig-
norat quod ferulae nunquam nomen deder-
it? Vos vos hic aduoco terra, marique il-
lustres viri, qui nouos orbes nauigandi peri-
tia pertentaftis: vos iste tanquam nauiga-
tionis imperitos ad dementiæ suæ tribunal
citat, eo quod manum ferulae non supposue-
ritis. Sed dic amabo num ideò VEGAM mi-
rari deberes, quod nulla magistrorum ope,
nullo scholarum beneficio in tantum virum
euaserit, quamquam grauiter admodū hal-
lucinaris, cum is doctissimos totius Hispaniæ
viros in scholis audierit. O quoties
FRAANCISCVS SOLORZANVS cū
eo diem calamo doctiore fregit. O quoties
totius Hispaniæ doctissimi ipsius pollice lu-
dentes

dentes Musas, cum voluptate senserunt.
Sed alius erit de his dicendi locus, pergo ad
alia.

*Aurem accommodes, dum paucā de multis spon-
giæ subjcere contendō, quæ in tuo tragico continen-
tur deliramento. In primis, si fas credere Philo-
phiæ Principi astruenti, vnam debere esse actionem,
vnum Ducem, non plures. Tu nec vna gaudes, mu-
tas agglomeras, nec Ricardum tantum in cœlum vs
que efferendum enixé contendisti, sed Iberia Re
ge Alphonsum, eiusq; militem Garceranum strenuū.
vnum sibi proposuit Homerus, alterum sibi designa-
uit Virgilius.*

Cum nihil prorsus in poetica noueris, id-
circo tecum de poematis constructione non
disputo. Nullus tamen erit tam iniquus re-
rum estimator, qui non hanc Epopéiam, suis
integre partibus absolutam esse iudicet, qui
plures in ea actiones agnoscat: nam quod
plures in scenam Duces induxerit, id ex ip-
sius artis poeticæ licentia mutuatus est, quæ
non tam arctè poema ipsum intra vnius per-
sonæ terminos includit: qua in re poetarum
antiquorū vestigia sequutus est, Virgilij sci-
licet, & Homeri, quorum tuba non Aeneas
solum, & Agamennones, sed Turnos, Achili-
les

EXPOSTVLATI

les, & Hectores celebrauit. Nec est opus, vt partes poematis essentiales nobis ingeras, cū nihil in hac Epopeia reperiatur, quod vel Aristotelis, poeticæ, vel arti Horatij, vel denique si ad Neotericos decurrimus, ipsi etiā I. Cæsari Scaligero contradicat.

Sed ubi scopus? Ubi commiseratio tragediæ finis? Nam vt audientium animis mærorem injceres, vt dolore perculsis, per genas lachrymæ oculis oborta defluerent, non Canopitotius, & Idumea Princeps proprio confectus morbo intempesta erat morte occubitus. Sed inter tot horrentia Martis armæ innumeris confossum ictibus, aut alio aduersæ fortuna casu. Nouum omnino & audax in LVPO facinus, quod Historiæ veritatem sequutus sit, & non tragicam aliquam morte, vt huic stipiti lachrymas exprimeret, excogitarit.

Hispanorum exercitum quem ducta se Alphonsum ad sacram Salemi ciuitatem expugnandam vociferaris, cur offendis ignominia nebulis, dum illum ingenti conariis laude exornare? Cur Hesperia Leonem, quo viso explicatis ventorum flatibus signis, sub quibus illa fortissima manus militabat à genera virgine Cypriam insulam moderante, captiuum duci dicacissimus permisisti?

Quid tibi nobiscum est ludi scelerate magister?

Si

Si hoc nostrorum annalium monumenta
testantur, vis illorum fidem violari? Si hoc
Chronica publicè clamant, vis ut tuo fatis-
fiat palato præfractè contradici? Quamquā
non ita LVPVS Alphonsum in puellæ di-
tionem rededit, vt ipsius captiuitas ignauiae
possit adscribi. Siquidem vt ipse VEGA ait
duo milites Alphoni manu occubuerant,
quinque autem à recenti vulnere saucios re-
liquestrat.

Hauiendo muerto a dos, y a cinco herido.

Sed cùm toties de patria tua querimonias detu-
leris, quod te ad dignitatē culmen non vixerit, ne-
que ascenderis, industria volitans pennarū remigio
lapideo decentus pondere, non pedibus, sed ingenio,
quibus sapissimē repetitis, ad naufragium prouocas.

Melius tibi esset hasce iam extinctas si-
lentio querimonias in lucem non reuocare,
cùm non nisi patriæ nostræ vitio, & dedecori
verti possint, quæ ingratissimos ipsius fudo-
res tam raris stipendijs ad solam laboris æter-
nitatem educauit, quæ in ipsum tam crude-
liter ingrata fuit, vt ipsi indignum passa sit
exilium indici, nec illum vullo sit fauoris præ-
sidio dignata, illum inquam qui eam tantis
laudibus ab obliuionis situ vindicarat, & cu-
ius

EXPOSTVLATI O

ius muros ad Cytharę suę neruos alter Am-
phion construxerat. Hoc solum me potuit sto-
machari. Prò Superi, vbinam gentium estis
Orbilij, Prisciani, quos iste tam impunè læ-
dere non veretur? Si tamen

Est aliqua ingratu meritum exprobrare voluptas,

Hac fruar, hac de te gaudia sola feram.

*Maiora melaceſſunt, cum vela cōtrahere, & ad por-
tum appellere contendam. Cū ſim tamen male tor-
nata, & incudi reddenda noſtra delebit ſpongia.*

Multum erit, ſi rate vectus tam naufraga
poſſis periculofas cautes & vada, quibus te
crebra tempeſtas illidet, ſaluo nauigio præte-
rire. Sed age.

*Eniam nauigium occurrit, omni granidum croco-
dilo querula voce lenocinante Nili peragranibus ri-
pas, & tato tricuspidē lingua ſerpentium genere,
ſubdolē mortiferum venenum ſpirantium, quo ſolū
indicas, te in bicipiti ſomniasse Parnasso has nugas.*

Quis vnquam pictor rem adeò viuis colori-
bus expressit? Quæ vnquam Nili bellua tā-
lementito querulæ vocis lenocinio incautos
peregrinantes decepit, quām iſte lectores
descriptionum ſuarū fuco? Sed illi hoc LV-
PI nauigium non placet, certè,

Non nimium curo, nam cœnæ ſercula noſtra,

Ma-

Malim conuiuis, quām placuisse cocis.

Ea verò quæ à philosophia longè petita acceptiss omittere visum est, cùm sint omnia mera, vt cum Apuleio loquar, folia farfari, meræ muscarum imagines. Ad id venio, in quod tanquam rupem rostratas omnes tuas impellis, dum aīs. *Quid amentius poteras machinari, quām duo bellū fulmina.* Alphonsum scilicet, & Garceranum exiguae vectos cymba, lignorum molem, non velis expansis canas salis ruentem spumas, non armato milite incutientem, sed terra etiam monstris adoriri accerrimè depraliantes, & pundiū, casimire quosvis sanie & cabō conspersos, iitibus immanissimis contrucidare. Ah miser!

quam

Periculosa plenum opus alea.

Tractas

Ut rostratę tux,

— *Laxis literum compagibus omnes,*

Accipiunt inimicum imbre, remisque fathiscūt.

Quid enim aliud loquuntur historiæ, testatur Annales, quam Cæsarem nō dicam — unius cymbę, sed solo pedum, brachiorumque remigio Rubiconem transiisse? Vis in myoparone Alexandrum felici ad inuidiam audacia hostibus congregidentem? Vide auto-

F

res,

12 EXPOSTVLATIO

res, qui vbiue huius rei mentionem faciunt.

At, cùm Bellerophonti quotidie admoueas soccos,
Et cursitando defatigari non cesses, vt doctissimus
in te scriperat Cordubensis, cuius admiranda poste
ritati carmina canis, potius quam canus allatas, Et
mordes in theatro. Cùm iam nihil prorsus de
victoria speres, & propè sit, vt digitum tol-
las, suppositium tibi Cordubensem aduo-
cas, qui in arenam descendat, ex qua te igna-
uia gladiator obscene deiecit. Sed eò iam æ-
tatis eum esse prouectum video, vt causaria
potius missionem, quam bellū atrox expos-
cere videatur. Nihilominus sciscitari parùm
à te lubet, quando ullos GONGORÆ ver-
sus LVPVS noster censoria virgula notaue-
rit? Quando ipsum in theatro traduxerit? In-
tonuerat in illum fædis vocibus, & magnos
viros in LVPI odium concitarat de ipsius
versibus nulla non muginabatur, & per suæ
(vt ita loquar) dicacitatis emissarios libellos
volaticos euulgarat, cùm ne verbum quidē
ullum respondisset VEGA, maioris animi
esse dicens sola se modestia vindicare.

Sed vapulabis forsan ab eruditoviro in te, Et in-
eptum Iauregui antidotum, elegantem apogiam si
mul

mul consribent. Tu potius vapulabis pa-
piria, nec deerit IOANNI IAVREGVI
iueni illustrissimo, & ad Musarum decus
nato acetum, quo apologistæ tuo gingua de-
fricitur.

*Cum tot comediarum aceruos aspero nummo hi-
strianibus recitando commiseris, in quibus plerun-
que ineptire soles.* O vrbana hominis fron-
tem ! qui sic Apollinem nummorum dispen-
satorem credit, vt alumnis suis cum poeseos
splendore diuitias putet erogare ? Falleris
graui ter, si credis, Musas etiam de egestate
cogitare, & vt poëticę facundię ita diuitiarū
thesauros dominio suo coercere. Pauci cer-
tè sunt (in Hispania præcipue) qui carmini-
bus suis, è magnatum domibus fortunam de-
duxerint, & ijs potius casus , quàm poëtica
facultas addixit, qui opulentas dignitates, &
ambitiosum otium in horrenti versuum suo
rum solitudine repererunt. Sequenti obie-
ctioni tux non immoror, qua LVPVM om-
nem poematis legem ex Quintiliano violaf-
fe dicis : quòd amorem, quo Hebræam puel-
lam deperibat Alphonsus non tacuerit, qua-
si magno Alphonsi detimento amores isti
intra castæ dictionis custodiam narrarentur,

55 EXPOSTVLATIO

aut aliquid supra Maiumæ impudicam libidinem continerent.

Non dicam inuersis Sophia principijs rerum serie
entis artificie intrinsecè moueri te aſeruisse, nec
virenter caſe principalis, vt fert communicer recte
philophantium ſchola, non debachantium nume-
rus madente cado coronans pateras. Hic eſt lo-
cus, in quo te mirificè iactas, & pauonis in-
ſtar circūſpicis. Hic omnia Philosophiæ fun-
damenta adſtruis, quæ tuo iudicio LVPVS
funditus euertit. Tu denique hanc hæresim
ex omnium animis, aſſertore Aristotele euel-
lis: ſed vide, quām ipſe te male habeat, qui li-
bro de motu animalium hoc ait: *Quemadmo-
dūm ſpontanea appellata machina mouentur, laxa-
riis ſequuntur mutua impellentibus machinis.* Sed tu
quocunq; cacochyma diligentia per omnes
huius Epopeiæ partes ſpongiam tuam ver-
fas, tam rigidus omnium censor es, vt eandē
Poetæ, quām Philofopho legem præſcribe-
re non erubescas. At ſi crapulam edormiſſeſſe
& tuo canterino ſomnio expergiſcereris, vi-
deres Dionysiū Siracusanum, οὐτοῦ τοι
Gręci vocant, machinarum inuenta demon-
ſtrare, te Architæ coluba & vitrea, Archime-
dis ſphera pudore ſuffunderet, cuius ars ita
cum

QUS

H

tum ipsa veritate certabat, ut dixerit Clau-
dianus,

*In ppter in paruo cùm cerneret omnia vitreo,
Risit.*

Sed hoc est suibus margaritas propinare.

*Silentio involuam quasdam theses te supina-
ignorantia protulisse, & illucidaſſe ſubolentes Ne-
ſtorianam prauitatem.*

Ventum est ad summū nihil à liuoris iniqui.
Dētibus intactū est pestis iam fydera scādit.
Nestoriani erroris LVPVM inſimulas an
forte quod $\chi\:\sigma\:\tau\:\alpha\:\tau\:\alpha\:\eta\:\alpha\:\nu$. Virginem vocauer-
it? O plumbeum pugionē! Euomis planè
quę concoquere nō potes, sed produc alium
locum, qui maiorem veritatis ſpeciem præ-
ſeferat, & in quo nō dicam errorem, ſed vel
erroris umbram indicare poſſis, nam hic ni-
hil euincis. Hi ſunt lolliniſ tuę ſucci, qui-
bus innocentis hominiſ ſcripta vitiare co-
naris. Bene olim Quintilianus, Nulla cauſa
ita euidentiſ deferri potest in forum cui nulla ne-
daciſ quidem velamenta contingant.

*Ex tuis fideliter chartis aliquas deſcribendas
censiſ annotatiunculas tuae omnino menti contra-
dicentes ut clarius cognoveret quisque te Latinica-
tis expertem, quae maximè iactas dum ſuauiter
legis*

EXPOSTVLATIO

legis, quod ex Tito Stroza de promptissimi captu. 82
fol. 191.

— Aurora thorum formosa reliquit.
quod sic Hispanice translusti:

Rompiendo el alua de su esposo el sueño.

Iam sæpius te rigidum admodum censorem esse dixi, quod omnia ad cerebri tui vertiginem tanquam ad Critolai libram expendas, neque enim VEGA Strozæ versus religiosa obseruatione traducere intendit, sed tantummodo velut in transitu imitari, & sic dum litem maximè putas obtinuisse tunc aperè causa cadis. Cetera quæ hic calamitus tuus quasi triumphans.

— Crimina rasis

librat in antithetis.
titiuillitij non facio.

Vltimum tandem, quod te exhortari non desinam vilis plebecula vates eximie, ne amplius me exsimes in tuis lectitandis libellis, oleum, & operam perdere.

Orem ridiculam Cato, & iocosam
Dignamq; auribus, & tuo cachinno!

Heu quantum inde detrimétum Respub.
literaria capiet: quantum inde LVPI famæ
versibusque decedet: At scias tibi veneran-
da

da hæc adyta intercludi, cùm à Musarum, & Herculis templo canes, & muscas abegerit antiqua Religio. Certè si in has possessiones irrumpis.

*Non ex iure manu consertum, sed magé flagro
Rem repetam.*

*Si solùm decreuissēm his gerris insistere humana
rum literarū posthabita cognitione, nullā ex iuis ste
tis et schedula, a titulo usq; ad ultimam dictionem,
quam Græci vocant τέλος quam vna tantum non
occupaßet litura.*

— Magnū fecit, quod verbis Græca Latinis
Miscuit.

Quæ non Athenei Complutensis subsellia
ad hanc vocem quatiantur, quæ non posteri
tas ingeminet benè, doctè, statuè, monumen
ta.

*Quod venustè Poço, quippe doctissimus de tuo nu
per Isidoro præstirit, atque de tuo Ricardo absolu
turum audiè expectat Res publica literaria. Quis
est etiā iste Marsias, qui audet in hūc Apol
linem tibiam? An is qui nuper Democriticū
in Italia resignare puteum tentauit? Sed fru
stra planè, cùm nondum ipsiveritatis radius
affulserit.*

*Nec minus Magister TURRIANVS in
sua*

EXPOSTVLATIO

sua lampade intenebras. O dignum patella operculum! Os virum frugi, — Qualem vix repperit unum,

*Millibus è multis hominum consultus Apollo!
Qui spongiæ suæ tenebris lampade prælucere cupit, cùm omnes in ea passim, tanquam in solitudine errantes videat, sed vereor, ne tuæ lampadis lychnus breui extinguitur, cùm iam tibi in spongiæ tuæ elaboratione oleum omne, & opera perierit.*

Quam vt tuæ non sit exponenda censuræ, Latinæ construit, quod resipicor latere. Male suspicaris omnino, & immerito tanto viro, hanc suspicionis notam aspergis.

Dolosis quotidie nos intercipsis modis, cùm aliqua se offert occasio eruditii Medinillæ, & insignis Cæjudo auxilium exposcere. Hunc non libenter tanti viri honorem patiuntur, istos ementitæ gloriæ fumos fastidiunt. Quisenim necit eos omnis eruditionis suæ fundamenta à LVPO accepisse? Quis ijs viam ad scientias à LVPO stratam esse neget? Nunquam erit vt gloriantur tanti homines sua VEGAM industria indiguisse. Nunquam erit, vt se ipsi ad latialis eloquij fontes digitos intendisse dicant, nisi tecum in eadem cymba velint

pre-

præjudicatę ab omnibus naufragium facere.

Quod si respondere ignoras, ut cetera, qua studio
comparari solent, liceat accire MEDINILLAM, & CEI-
DO interesse, ut hæc & tibi valeant interpretari, &
spicula nostra retorquere. Sperabas igitur in
tam effræni linguae licetia silentium, nisi isti
homines tuas fortes deuerrerent? Sperabas
inquam LVPVM ita omni amicorum præ-
dio destitutum esse, vt nullus esset (præter
hos) qui spicula tua retunderet?
*Erras, erras, nam exultantem te, & præfidentem tibi
Reprimente valida scripti habenæ, atque officij insi-
stent iugo.*

Et non à MEDINILLÆ calamo, nec CE-
IVDO, sed ab alio, qui iuuenilem styli tui
proteruiam robustiore falce demetet.

Valeas, cum hoc in tuam Epopeiam epitaphio mihi
à Turriano (vt reliqua, Quid toties nobis no-
men tuum importune obtrudis? Quid toties
tibi ad Turriani vocem gratularis? An vere-
ris, ne nonte satis spongiæ tuæ nidor prodi-
derit? Credidisti fortasse, nos a quibusdā nu-
garū tuarū exemplaribus in errorē inductos,
quæ authoris IOANNIS PAVLI RICII
nomine circūtulisti vt nobis tam pueriliter
illuderes? (Videbor tāto viro iniuriam face-

EX POSTV LATI O

re, si illum hic insalutatum relinquam, quem
optimè omnino vtpote recenter a te in Cri-
ticorū album ascriptum spongiæ tuæ autho-
rem fecisti, vt maius ex tanti viri autho-
ritate tibi nomen comparares. Non abiret
sanè, vel eo nomine a me impræsentiarum il-
laudatus, nisi vererer ne, si Latinū illi strue-
rem elogium mihi quispiam imprudentiæ di-
cam scriberet, quod eum nempe, velut asciti-
tijs peregrinæ linguae coloribus exornem,
qui Musas ne à pronao quidem vnquam salu-
tauit.) Sed à quo mera, vt de philosophis Ca-
to dicebat, mortualia glossaria expectari po-
terat, nisi à vespillone, nisi a TVRRIANO,
qui supra omnem Alastorum sævitiam

Viventes rapit inferias, quas immolet umbris?
Visus es tamen tāillum de atrocitate tua re-
mittere, & Epopeiæ miserari, cui post tot al-
tè impressa calumnię vulnera epitaphiū in-
dulsiſti. Cur non etiam ipſi parentabas, & le-
gebas ossa, quod in veterum funeribus cōſue-
tudo permisit? Hoc tu pietatis TVRRIA-
NIC Æ monumentum viator quisquis es,
pellege.
Si sapis, hospes, abi miserum nec tange libellum,
Non hic Meonidem, Virgilium vē leges.

Sed

Sed fædas Lupi chartas, & clementia Vegæ
 Carmina, Hispani dedecus eloquij.
 Quid dubitem sacros incendia poscere lucos.

Abnuerit liquidas, si dare Phœbus aquas?
 Dicam cum Gellio res tetras, & friuolas
 collegisti tanquam mulierum voces præfi-
 carum quæ mercede conductæ nænijs alien-
 na funera decorabant. Quis enim non excla-
 met in ius (plagiarie) quod sic contra duode-
 cim tabularum iura pecces quæ vetant alien-
 nam segetem pellicere? Videre iam videor
 imminentem tibi Sannazarum, & tecum re-
 petundarum agentem. Quid facies? quo te
 conuertes? nam tua etiam crudelitas in te
 tribunalium maiestatem incusat. Quis enim
 hoc epigramma Sannazaro adscribat, quod
 ita corrupisti, mutilasti, truncasti, vt nemo
 non ad tot versuum prodigia obstupescat?
 sed ne inultus abeas en à Martialis incude
 redhostimentum, quod spongiæ tuæ repono?

Sit tibi terra leuis molliq; regaris arenâ
Nec tua non possint eruere oþa canes.

E P I L O G V S

HÆC habui breuiter, TVRRIANE, quò
 spongiæ tuæ criminaciones refellerem
 G2 &

EXPOSTVLATI O

& LVPI scripta, moresq; in quorum candorem inuasisti ab inuidiæ tuæ fastu vindicarem, fateor equidem tanti non esse nugas tuas, & sordes, vt confutatione opus haberent maximè cum se ipsis satis soluantur & mole sua abunde collabascant. Sed vbi proborum famæ detrahitur, & innoxiorum capiti, & sanguini insultatur, vbi denique satyrica licetia necessitatem irritat, quis calamum contineat, & alieni nominis detrimentum silentio probet? nulla est conuitiani di libido ad cuius effrænem licentiam stylū non coegeris, nullum probri genus, nulla decoris labes, quam poeticæ LVPI facūdiæ non adsperseris. Quis ferret, & non ad arma decurreret? quamquam nec calumnias tuas calumnijs dispunxi, nec per sordiū tuarum, vtres penitus calatum versaui, ea solū modo quæ tanquam à grauiori mendacio in VEGAM effudisti, quasi per saturam euentalui gnarus alios fore, qui exactius spongiæ tuæ errores censuræ suæ subjiciant, & facūtuarū forias, vt Varro diceret, gargaridient. Lusorijs tantum armis tecum Samnitū more velitatus sum: sed alij venient, qui Vulcans armis instructi, infractis viribus dimicabunt.

bunt, ut saltem tibi constet, non deesse LV-
PIANI honoris vindices, qui innocentē ip-
sius famam à maleuolorum impetu prohibeant. Sed inaudire te videor intra aulæi cu-
iujdam latebras LVPVM ignorantiae insi-
mulantem, quòd eam ipse respondendi pro-
uinciam non suscepit, quām ei proprius ac
ceptæ iniuriæ dolor imperabat. Certe si tan-
ti LVPO fuisset spongiæ tuæ contumelia,
ut vel eam litura minima dignandam esse cœ-
suisset, quòd non calumniarum tuarū telum
in tua penitus viscera retorsisset? Quem non
fcriptionis tuæ apicem indignationis suæ sti-
mulo confodisset? Sed ea est hominis mode-
stia, eiusmodi sunt spongiæ tuæ deliria, ut ea
solo contemptu, risuque vlciscenda censuer-
it. Ita quemdam ferunt ex Albania molos-
sum Alexandro oblatum fuisse, qui aliorum
canum baubatus, non morsu, sed contemptu
solo vindicabat, & is Philosophus, cui Cyni-
ci vetustas nomen dedit, an non lepidè sug-
gillabat eos, qui calcitrantis A sini calces re-
pellēdas calcibus existimaret? Nec est enim
quòd silentium in crimen obijcias, & quasi
ignoratæ ab ipso Latinitatis prætextu calu-
nias tuas in vulgus spargas, cùm nec spon-
giæ

EXPOSTV LATI O

giæ tuæ cétones ipsius purpuræ assui merean-
tur, nec iejuniglebaæ tuæ cespites fœcudo hu-
ius eloquétiæ agro possint comparari. Sed ò
ineptâ criminandi licetiam, & absurdū inui-
diç cōmentum, ei Romanæ linguæ inscitiam
obijcere, qui toties diuersis Galliæ, Italiae,
aliorumque nationum hominibus scripsit, to-
ties incredibili styli suauitate respondit.
Qui toties non vulgati saporis versus Iberi-
cæ Musae intertexuit, toties Heròum Hispa-
norum facta Latino carmine celebrauit. Te-
stes vos facio celebres tota Hispania Aca-
demiae, quæ alumnum vestrum luce palam
publicis honoribus decorastis. quæ tot hono-
rarijs illum stipendijs nobilitastis. Memini-
stis vos Salmanticenses scholę pluteos ve-
stros & subsellia, ad publicos auditorū ap-
plausus, ad vniuersas gratulationū voces to-
ties concrepuisse, toties vestra Athenea sub-
sultasse? non hæc tamen dico, vt ei sic in
eloquentiæ fastigio sedem statuam, vt eum
vellim pari calamo Romanam facundiam
adumbrasse, qua Hispanam semper expres-
sit, nec se vir alioqui humilis tam altè cin-
ctum putat vnquam, vt sibi pari applausu
sub vtriusque nomine gratularetur: sed no-
lim

purpure

lim etiam ut eum inter media stinos ignoratæ Latinitatis constitutas, & hanc ei vbi que infiditiam obijcas, quasi non se potuissest a securibus tuis tueri, & penitus nomen tuum è viuentium memoria expungere, nisi te magis commiseratione, quam vindicta dignum iudicasset. decurre quæso per ipsius adolescentiæ stadium, & videbis quam feliciter quasi ipso aurigante Tullio ad Romanæ facundiæ metam peruerterit, certè XIMENIVS PATO in libello quodam, quem de Hispana eloquentia scripsit fatetur solum LVPVM de hac rerū omniū flexanima disertè posse differere. ac ne de ipsius magistris dubites dabo tibi Senecas, & omnes antiquiorum principū Rectores in solo IOANNE BAPTISTA LAVANA quem Hispani Principis velut Achil-
lis alterius Chironem dicerem nisi fabulosum videretur elogium. dabo AMBRO-
SIVM ONDERICIVM cui numeros mē-
suras, circinos idem quod Eucli vel Chri-
sippo debere affuerarim. Iam ipsum libe-
ralium artiū disciplinam à magistro COR-
DVBENSI, edoctum fuisse nemo nescit:
hoc certè semper testabitur reuerendus Pa-

tex

EXPOSTVLATIO

ter SALABLANCA Carmelitarū, quos
Discalceatos vocant Ordinis Religiosus, qui
tunc temporis cum VEGA sub ijsdem mili-
tiae signis merebat. Nolo ad virilem ipsius e-
tatem descendere, ne me deficiat tempus,
enumerantem, & me inuidi quidam LVPO
palpum obtrudere (vt cum antiquis loquar)
musinentur. Hęc tātūm quasi grauiora pro-
ducere volui, vt tu, & VEGÆ inimici tua
glande, & pabulo corrupti sciretis, quibus
initijs sibi eruditionis Latinæ fundamenta
extruxerit, & quantæ sit ~~etiam~~ tot produ-
ctis in medium argumentis de ipsius in La-
tina facundia capacitate dubitare.

non

Vnum tantūm, TVRRIANE, supereft
quod te moneam, ne nimirūm me ideò cala-
mi tui virulentiam extimuisse putas, quod
hanc pro LVPO expostulationem, non sub
vero, ~~sed~~ sub ementito authoris nomine, ~~se~~
sub confusa quarundam literarum serie in
ora doctorum emiserim. Neque enim a te
cognosci pertimui, cùm sim de notis & spirā-
tibus, quos ne leuiter quidem contracto su-
percilio intueri audes, nec etiam styli tui li-
bertate, nisi clam, & intra priuatos parietes
perstringere. Sed id eo præcipue cōsilio feci,

v*c*

vt si fortè superuacua quorumdam hominū
sedulitas in errores meos seueriori lege quæ
rat, rigida illorum censuræ tela non in pro-
prium nomen cadant, sed quasi Andabatarū
discrimine in incertum librentur. Velle sa-
nè a te nomen meum intempestiuā diligen-
tia inuestigatum esse, vt saltem scires, quām
parūm cauillas puerorum & tonitrua Clau-
diana pertimescam. Vide tamen ne aliàs in
LVPVM insurgas, & sordium tuarum spon-
gias Patroclianis sellis probandas euentiles,
ne si fortè pestilens illarum odor nares meas
afflauerit, iam non per obscuras notas, sed
luce palam ad sempiternam tui ignominiam
meum non tibi nomen, sed etiam integrę
posteritati prodam.
(:::)

F I N I S.

at uero tunc tabernaculae clausum invenimus
legatis in circulus uires letationis perire
poterat. Hoc enim certissimum est, non in pro-
priam honestatem sed sentit, quod dicitur. Vnde etiam
dilectissimum suum pectorum pectorum. Velle ut
ut et nomen meum intercessus diligenter
tumultuosa est, ut et letum letum. Quiescere
desiderium carnium, desiderium glori-
sib[us] dominicis. Vnde etiam ut sit in
IV. LV. M. solitudo inservit p[ro]p[ter]o
dilectione beatis. Non in p[ro]p[ter]o
eternitate, sed in beatitudine. Dicitur, sed
in beatitudine, sed in beatitudine. Dicitur, sed
in beatitudine, sed in beatitudine. Dicitur, sed
in beatitudine, sed in beatitudine.

T I N I S
venerabilibus. In primis enim sacerdotibus
h[ab]et consensu[m] communia. Et erant ferme in
ora doborum et letorum. Neque unius et co-
muni p[ro]p[ter]eas, sed in deinceps et famili-
tibus, quos ne leniter quidem concordie su-
mari, ut inter se nos etiam filii, et li-
tigiosi, et dolosi, et rura priuatos, partites
per h[ab]entes, sed id in precipue coniuncti.

V A R I A I L L V S T R I V M
virorum Poëmata, Francisci
Lopij Aquilarij industria collecta, quibus
tum Lupi a Vega Carpij laudes, tum
Turriani fordes continentur.

L V P O A V E G A C A R P I O
Aristophanico, Virgiliano, Pindarico, His-
panicarum Musarum, theatralisq; plausus,
& gloriæ iam pridem vindici, æternum in
posterum fælici, magno, optimo Impera-
tori Carmen D.C.L. M. que,
Ludouicus Tribaldus
Toletus.

DOcē cothurnato non impar Vega Marom;
Gloria Phœbei, VEGA, decusq; chorū.
Quem Lyra, quem lepidus collit super athera soccus
Quem celebrant leuibus seria mixta iociss.
Nque adeō ut Plauti non sit, culivé Menandri,
(Carpiaco eloquio, pulchrius eloquium)
Maste nouis numeris, nostraq; ignosce Thalia;
Non iuga Parnassi scandere cuique datur.
Turibi lans dignæs, tua nūc monumēta Brabātus
Laudat, Garatis exprimit è tabulis.

Te legit Ausonius, Gallus, Germanus, & Anglus,
Te stupet & nostri ripa beata Tagi.

Quosque tibi eximios orbis largitur honores,
Post cineres etas continua a dabit.

Salve igitur, crenues nec dignare Camænas,
Quominus ire licet, sic voluisse satis,

Æqua tuis frustrâ meritis praconia queras,
His laudem inuenient sacerdta nulla parem.

DE

LVPO A VEGA CARPIO,
viro nobilissimo,

P O E T A ,

Qui si maximis atque clarissimis prisci
seculi Vatibus anteferendus non est.

Quod vix fatendum,
cum illis iure optimo & rectissimo
conferri debet.

D. Penniae Castellani Toletani,

Medici Regij

IVDICIVM.

Ad Carolum Altinum V. eruditis. amicū suum.

Tvrpe suos, inquis, Vega haud decernere signa.
Decreuit claris qualia Roma viris.

Fallere, nam vulnus alicui qui erexit ahenos,
Credidit illius nomina posse mori.

Cum

Cum VEGÆ insignis sit fama perennior ære,
 Ex ære huic statuam quid posuisse iuuat?
 Sculperis nunquam periturus cordibus imis,
 Quorum est æterno vita coana Deo.

MVSARVM SYMBOLVM, IN
 Laudem clarissimi Poetæ Lupi à Vega Car-
 pij, per D. Penniam Castellanum Me-
 dicum Regium.

CLIO

HOS tibi Pierides sacrant ex tempore versus,
 Quæque at consuli grandius urget opus.
 Quis tancis meritis laudes meditabitur aquas?
 Ingenij, tempus, damna repende mei.

ERATO

In Lupomastigas.

TVrba poetarum sic Vega extinguitur oreu,
 Cætera, ut astralaret Sole Oriente iubar.
 Si canat, trepidant, confecta ex pelle Lupina
 Tympana si pulses, ut tremit omne pecus.

THALIA

IN QVEMDAM LITERATOREM,

DIC per lumina Seruij precamur,
 Aut si quod grauius verere numen,
 Quid

Quid dignum serula tua nota sti
In VEGA nitido elegantiarum
Parente omnium, & omnium leporum:
Omnium quoque calculis perito:
Quod te protinus egit in furorem?
Insanire age quos cedo putandum,
Omnes, quotquot opinione clari
Sunt virtutis & eruditionis,
Ante vnum, miserumq. grammaticam?
Dic per lumina Seruij precamur.

MELPOMENE AD LECTOREM.

SI Te Gryphus habet, si scirpus pectora torquet,
Doctorum hic omnis collitur angor ope.
Gracia adi decora, & clarissima lumina Roma,
Etschola, quos aluit non bene culta viros.

TERPSICHORE In inuidum ignarum.

Hinc procul Hippocratis proli qui cedis abesto,
Hemò age bambalio, & tu bletomoma fuge:
I, ne operam perdas vellus non carpitur isthic,
Te putat tempestas in sacra saxa tulit.

Hic

Hic quo Archimedes, Heraclitusq; tenebris,
Obruerauit, cunctos & latuere leges.

~~Calligat~~ Phœbi lucem, qui prodit ab umbra, in
I, procul, hic aquile lumina caeca forent.

Vega hic Cimmerias nubes nam disputit illis
Solum, qui excellunt fascibus ingenij.

EVTERPE.

TV Ne parce libris Vega, dum ex aſſe legantur,
Plurima habent Phœbi splendidiora face.

Adde pudicitiae sobolem, charitasq;, Salesq;
Quæ rata virtutis sunt monumenta sua.

P O L Y H Y M N I A In Detraſtorem.

Quid temeré insultas? In vefca cadauerat sauis?
Luctari cum umbris, quis nisi larva potest?
Parce supercilios, inimico confere dexteram,
In bello ceruus, pace videre leo.

Ned esponde animum, solus spatiaris arena,
Siue ipsa inuidia iudice, vittor eris?

Cal-

CALLIOPE, IN MALEDICVM
ipse Vega loquitur.

Q VI latras Canis instar atque mordes?
Lancina calamo, stylo acriore
Punge, confode margines libelli,
Non profectò obeliscum & asteriscum,
Non ceras miniatulas verebor,
Non enim didicisse me pudebit,
Si quando melioris admonebor.
Si noris mala quæ canum latratus
Signant, ne hiscere profectò ausus essem,
Stragam scilicet hostis augurantur.
Ni vis fortè fidem abrogare Græcis.
I, lectorcule conscius pericli,
I, bæubare, v'lula satis superque,
Crepent ilia dum tibi latratu,
Siuerint vtinam dij, deæque!

V R A N I A

D Icire, sed frustrâ, verbosa silentia plura,
Nulla licet dicam, nil satis esse potest.

D

33

D. PHILIPPI OSVLEVANI
Bearri Hiberni, in laudem Lupi Vegæ
Carpij Poetæ clarissimi
Epigramma.

Venit ut Argia nota gloria gentis
Inclens Iliados conditor ille senex.
Venit et ut Latij splendor clarissimus orbis,
Publius eloquio magnus et arte Maro.
Venit sic LOPPEI nullis peritura diebus
Tristia post Vatis funera fama sacra.
Exculit Hesperia clarum usque ad sydera nomen,
Innumeris scriptis, atque labore VEGA.
Hispani superant Latios, reliquosque Monarchas
Imperio, siculis, robore, Marte, manu:
Sic cunctis praesencis praefat vacibus oei
Ingenio, Thyrso Carpius atque stylo.
Accamen insana Petrus audet mente Ramila,
Sacrilego sacrum rodere dente virum.
Sic quoque cum Phæbo est ausus contendere cantu,
Et iacuit vix tauriper ore Babys.

I

Ad

AD CLARISSIMVM POETAM
Lupum de Vega Epigrammata varia Vin-
centij Marinerij Valentini.

Dum Parnassiaco persultant vertice Musæ
Pulsat Apollinea carmine plectra chorus.
Lato percurrunt montis pede culmen amanti,
Qua fons Pegaseo perstrepit vngue fluens.
Arboris, & frondes ridens quatit aura videntes,
Et nemus ad cytharam lenit ubique feras,
Assurgunt Deusa, saltu flectuntur in orbem,
Atque manus quasi pollice, pura sonat.
Phœbus at interea canit, assilie, insonat, urget,
Auram, & dulci temperat ore lyram.
Deficit at Phœbus iam tantiss salibus unus,
Vtque quiescat, adit quem sibi præficiat.
Mæconidem querit, magnum querit que Maronem
Comica quemque facit lata Thalia suum.
Sed ne forte choro tres vni carmina mittant,
Te duxit, nam eu quod tribus astat habes.

ALIVD EIVSDEM.

Gracia si tancis decoratur vatibus una,
Et Latium innumeris conditur ingenij,
Vno illustratur diuino Hispania rate,
Cui similem haud vidit Gracia, nec Latium.

Ad

*At numero iunges, illi, quæ carmina condunt,
Quæ Lopius, superant, quæ polus astra tener.*

ALIVD EIVSDEM.

Dulcia Musarum frondent viridaria semper,
Nam semper Lopius versibus illa rigat.

ALIVD EIVSDEM.

Quartila exoritur Phœbus face splendidus orbe
Nectarea & qua altis pabula donat equis.
Diuinos audit Lopij, cantusque lyrasque,
Nam toto, Lopium, quæ volat orbe vider.

ALIVD EIVSDEM.

Nata fuit Lopio Musarum sacra poesis,
Illa perire potest, iste perire nequit.

ALIVD EIVSDEM.

Vtramo flos primus adest, stat denique fructus,
Flos Maro primus erat, fructus hic est Lopius.

ALIVD EIVSDEM.

Exiliunt toro radij Phœbi orbe coruscè,
Et fugiunt toro sydera clara Polo.

*Assurgit Lopius, Musarum lumina fundens
Sol nunc cælo est, solus hic est que solo.*

I 2

Aliud

ALIVD EIVSDEM.

PICA canit, coruusq; canit, Philomelaq; cantat
Hæc duro, hic crasso personat ore simul.
Carmina quisque facit, sed Pica & carmina Corui,
Nam Lopius solus, cœn Philomela canit.

ALIVD EIVSDEM.

VIS Musas toto desumere pectore sacras?
Perlege tu Lopy carmina, mitte alia.

D. IOANNIS FONSECAE ET
Figueroæ Distichon ad Spongiam
Turrianicam.

Zoyle, quam vano vibrast da spicula nixu,
Cùm Phanix nulla morte perire queat.

D. FRANCISCVS LVPIVS A QVI-
larensis ad Lupum à Vega Carpium, virum
clarissimum, sibi amicitiæ vinculo con-
iunctissimum.

Quid? tibi Toledus Castor, tibi Pennia Pollux,
At que Marinerius, si Palinurus adest?
Macte animo caueas hostilia ut agmina, liuor
Quæ tibi conciliat, Lynceus alter ero.

*Et si intestini terroris imagine belli,
Cuius sanguineus creditur Othus apex.
Eia age, Turritos Elephants lacte laceſſe
Effuso, aut potius obruico culicem.*

AD LVPVM A VEGA CARPIVM,
V.N. Musarum alumnum, Appollinis
oraculum, ipſe Pennia.

Non quia noſtro egeas, Clarissime Vega, fauore,
Arma paludato ſpondeo noſtra tibi.
 Stultitia potius magnum foret argumentum,
Addere flammifero sydera velle polo.
 Tu tibi, tu nobis, tu ſufficiſ unicus orbi,
Iſta voluntatis ſint monumenta meæ.
 Fulmina ſauatibi facile extorſiſſe Tonanti,
Et clauam atheo corripuiſſe deo.
 Bis ſeni in cœlum illum prouexere labores,
Quò te arumnarum myriades tulerint?
 Vicit aprum Alcides, verne cecidere sagittis
Carpiacis, nequeas quo ſum numerare, ſues.
 Sternitur Anteus matris ſuruptus ab ulnis,
Matris in amplexu tu fera monſtra premis.
 Vicit Auentinum furem, tu millia furum,
Quorum cuiusuis quam ſua, ſcripta putes.

Terge-

Tergeminumque canem nōdosa in iacula iecit,

Ac defunct canibus vincula laude tua.

Immundas Phinei confudit semipuellas,

Ipse poet astrosemiferos superas.

cernuum Quid memor et aurū enī, quā extinxit & hydrā,

Quos paut domino, quid Diomedis equos?

Hesperidum vigilem spoliatum pelle leonem,

Quid Tartessiacum denique Geryonem.

Hoc commune tibi cum illo, fulcisse ruentem

Aethera, si cælo dignus Apollo fuit.

Ergo post cineres, sed Nestore senior annis,

Oleni calces Herculis astra pede.

F A M A.

Discite, qui colitis mundum, quibus optio cordi

Grandia scire, palam quæ vaga Fama loquor.

Discite quale decus, quæ Vega gloria, quantum

Nomen (quo sit at quo verius esse nihil.)

Quis quis auct magno pretio diuendere merces,

Illas clarosus prædicat esse LVPI.

I N P E T R U M A T O R R E

Scazon.

C Alumniarum turpe putidum cœnum

Nefanda cuius bucca, facibus sordens

Atros

Atros veneni ructat, & vomit fluctus
 Exurge probrum Compluti magistelle
 Confabulantum vocibus pusillorum
 Vulgiq; risu digne, cui suo scurrat
 Democriteus iure seruiat splene.
 Quem pusionum turba, pulpito stantem,
 Et barbarismis Tullium laceſſent em
 Ergastulis aut condat in Tulliano
 Exurge quid moraris exeras frontem
 Commasculatam, si quod hanc tegit forſan
 Liuoris antrum, vel calumniæ nubes.
 En VEGA Iberæ grande lumen orchestræ
 Scientiarum VEGA CARPIVS Phœnix
 Quem laureatum vera publico plausu
 Dixit poetam fama, ſiue Soccatum
 Epos TerentI ſeu canat cothurnatum.
 En litterarum proſtat acer in campo
 Paratus atrox martiumq; certamen
 Subire tecum, ſurge, quid moras neclis;
 Inſulſe, prodi pædagogico fastu,
 Et arroganti plenus, & tumens Musa,
 Ingredere cāpū, quāuis haud Vegæ ſuppar.

Sed en ferox minace ſcutica prodit
 Ferulaq; tristi, pædagogico ſceptro,
 Non quale Vlyſſis fabulæ canunt ſceptrum,
 Aut quale gemit inſlyti Iouis dextra,

Sed

Sed triste, durum, luridum, ferox sceptrum,
Terror iuuentæ Virgidemis fidus,
Flagriq; Achates, fallor, haud putas sceptru,
Sed Turrianæ dedecus manus plectrum.

Vides ut armis talibus nitens noster
Mirmillo, diras incutit minas VEGÆ.
Ceu quum scholares exhedras rudis quassat,
Si cursitantes fortè per scholam cernit
Auditvè pueros, frendet, & minas iactat,
Sed nil minæ, nec plena territant Vegam
Furentis iræ verba nec truces vultus,
Ille ille, firmo constat in gradu fortis,
Et impotentes impetus tuos ridet,
Torqueto quæuis tela, non potest pectus
Hoc vulnerari, quoduis in latus ferrum
Adigere tenta, excedet, & tuos doctus
Eludet ictus, teque protinus ferrum
Recipere coget, quid moraris abscede,
Concorde soli Carpio fauet vulgus,
Tibiique verso pollice occinit lethum.

Nil tela præsunt, fortè proderit virus
Calumniarum dixit, expuam pleno
Venena rictu, turbidæque disrumpam,
Voraginiosas inuidentiaæ Syrites.
Nemeesq; quale in saltibus furens monstru,
Liuoris atram pectore expuam facem

Ipse

Ipse, ipse quicquid Burra, quicquid impurus
 Sarmentus olim fudit, atque ructauit,
 In te refundam, teq; dente corrodam
 Procaciori fæda quam solet turba,
 Salariorum, vile dum piper vendit.

Ohe procacis siste turbinem lingue,
 Turpiq; cessa probra voce iactare,
 Aut si impudenter pergis in meum Vegam
 Vibrare pennam, noxio illitam viru,
 Famamque semper obteris, meus Vega
 Consurget vltor, rumpat vt tuos fastus,
 Ni te nefandus ruperit prius liuor.

EXILIVM TORRESII.

Concilium Reginæ avium Ida in monte coegerit,
 Bubonis cupiens plectere inane caput.
 Nam se ut conspexit sublimi in turre, superbis
 Illam ad certamen poscere constituit.
 Nulla mora, imperio Reginæ lapsus ab alto,
 Bubonem incautum corripit Accipiter.
 Heu miserū! heu! aquila cù ficitur ante tribunal,
 (Quām frustrā opeauit ladere mentis inops)
 Sternitur ante pedes humilis, simulansq; pudorem
 Bubulat, hostili felicem ore ferens.

SEMINIS KUTERISIBUS AST

Ait Aquila illius (quantū pia pectora Regum)
Cum miseretur, talia mitis ait.
Sit ricasse fatis, potui quam demere vitam,
Illam reddo tibi, tu procul exul abis.
Gloria erit satius tibi, si certa fesfereris
Mecum à qua vinci palma secunda fuit.
Vistum scurrilius caue ne ambi, aut arte maligna.
Nec temere crepero carmine quare. Sapha.
Funestos prædic ferale voce labores.
Ea sit nox vita conscientia solatua.

Torres calumniarum Turris

Diræ

EXCELSA TURRIS.

Insana turris culmina, culmina
A centidextris structa gigantibus,
Quando arte & armis obsidere
Aethereas voluere sedes.
Exosa moles verticibus poli,
Superbientis æmula Caucasi,
In astra quid consurgis audax.
Præcipiti ruitura lapsu?
Ecquid minaris turris in æthera.
Calumniarum saxea machinis,
Vegamque veritatis astrum
Inuidia maculare tentas?

Stat

Stat ille probris nescius opprimi
 Liuoris omni robore fortior,
 Stat ille, deridetque vanos
 Inuidiae minitantis ausus.
 Sed te feroci fulminis impetu,
 Rubens tonantis dexterâ proruet,
 Soloque prostrata adæquabit
 Babelicæ iuga celsa turris.
 Sic sæpe montes Acroceraunios
 Fecit bidental fulminis impetus,
 Stetitque per campos arundo
 Æolijs agitata ventis.

IN ID, QVOD VTATVR NOMI- ne suppositio Ruitani.

CV M Turrianivocite te nomine vulgus,
 Quid nomen mutas hic Ruitane tuum?
 Ignorat nullus Turris te nomine dici,
 Nec poterit melius nomen inesse tibi.
 Nam quis scriptorum cernens Babylonatuorum;
 Te Turrem haudquam iudicet esse Babel?

ALIVD IN NOME N Hypobolimæum.

TE Turrem, & poseras Ruitanum dicere, namq;
 Turris es, inuidiae pondere onusla ruens.

K2

IN

IN RAMILAM VIRVLENTVM
nebulonem, fetidum atque ineptissimum.
Grammatistam. Lopidis Vegæ Carpij
Indignatio.

O Patre obscuro soboles obscurior, aut
Propodium, & nostræ dedecus Hesperia.
Egisti vitam, Ramila, ut grammaticalem,
Quà nihil in terris spurcias esse potest.
(Scilicet à primis & pubescentibus annis
Ad sacram, quod nunc pessimus, heu, bipedum
Moribus inficiens conscerpis dentibus omne,
Cunitorum & concis in tua fata odium.)
Sic male grammatici cordis pranuntia lingua est
Sordibus in tetricis usque voluta suis.
Lambere nam patinas vilis dum certat omisi.
Lingere pratumidi & pondera aqualiculi;
Dum squallere, simoq; solet dum pascier ipso,
Allatrat nomen quod sibi cumque datum est.
Vindice sed Nemesis sequitur tua terga flagello,
Et lingua infrænifrena adhibere parat.
Ore ergo, ut taceas, mihi comprise fortiter anum,
Fustibus aut iunctis flagra caueo palam.
Crede mihi, cedent, o nostri bellua sacli.
Verba cito intortis improba verberibus.

IN EVNDEM.

DI Tibi dene Ramila cit o quæcunque mereris,
Unus enim ferula dignus es atque cruce.

IN EVNDEM SOLOECISMORVM colluuiem eructantem.

SArtori soboles non inficianda parenti es
A curri dicens nomina decidua.
Sed modo, dum veste lacias male consuis, es sus
Degener, & soboles inficianda patri.

IN EVNDEM DE EODEM.

DI tibi (quod faciunt) donent, Ramila penates
Cum socio hinc circumferre solœcophane.
Sic comes assiduus, quem rerum insciia versat,
Scilicet ouo ouum non sibitam simile est.
Hac tibi quam pestis. corpus sine pectore oberras,
Vox farua, inconstans & sine mente sonus.
Insciis est nullus, demens est nullus agyres,
Conferri tecum quin modo, inepte, queat.
Ranula per strepera es siquidem, quæ rauca palustri
In cœno, inque olidis sapè coaxat aquis.
Nec si, dum repetis fædum, eructasque solacon,
Auris hebet, noster pauseat & stomachus,

1d

*Id mirum immundum repetens inculta Lupanar,
Prosternet tandem virgo pudicitiam.
Vnde conspectam luens contaminat vnam:
Pectora docta facit barbara barbaries.
Ut que bonos praua exurbant commercia mores,
Et pice tacta pice ut tergora para liquere.
Sic inconcinnam, qua prodit ab ore loquela
Stulte tuo, auditam nostra loquela refert.
I procul hinc sterco, scaper hinc secede petulce,
Acque alibi hircosam spurcitiem reuome.
Imparia en populo iam fundo murmura quicquid
Lingua solaca facit, lingua solaca docet.*

**IN EVNDEM, DE STRIBILIGINI-
bus Parisijs abstersis, & pagellis emen-
datiis ibidem excussis.**

Audire ut crebris, sua scripta scatere solacis,
Grammaticisque ideo displicuisse sophis,
Procinus arreptas schedulas Ramila Pyrenes
Transiuga adire iubet flumina Celungenum,
Hinc ut Sequanicas excusas abluit vndis
Gallus, & has domino reddidit aridulas,
Pagina, qua sordens nuper squallebat, abiit
(As se terfa parum) mundior extat aquis.
Sic fucum nostris facere hic se posse pueauit,
Effugere aut meriti stigma asuplicij.

Sed

Sed non imponet nobis maculosa cicatrix
 Non lacet, authorem prodit amatque suum.
 Labes ergo caue, cui non fullonia nota est.
 Gallica non cuius præla manusque fauent.

IN EIVSDEM PROCACI- tatem.

RAmilam quisquis proprius vult forte videre
 Nec potis est, saltem carmina nostra legat.
 Lumina si querat, liuoris lumina cerner,
 Si gestum, inueniet triste supercilium.
 Si vocem, obstrepet at cunctis ea sola cicadis.
 Si pectus, præsto est sed rude inersque simul.
 Si nares, nares simæ putet esse capella
 A Ereis qualis pascitur in scopulis.
 Si faciem, faciem circumfert simius istam,
 Si corpus, corpus pumilionis habet.
 Si speciem, fusca Merœ fuligine squallens
 Non aliam charis indidit indigenis.
 Interiora velit si cernere, singula sordente,
 Cor tumet, est amens mens, animusque malus.
 Cartera sed quamvis Ramila membra supersint
 Frons nulla est: penna hanc pingere nulla potest.

In

IN EVNDEM SARTORIS PA-
terculi referentem moribus
opificium.

Sartoris prolem Ramilam plurima clamant,
Sed facit ecce acus his, dum silet, una fidem.
Pungit acus quemuis, hic pungit murmure linguae
Quoslibet; illa sat is vilis, & iste satis.
Ut male iungit acus nonnunquam obtusa lacernas:
Sic hebes iste aptat verba Latina parum.
Figit acus domini stulti digitosque manusque,
Hic sibi, cetero turdus, iam mala multa cacat.
Ærea cum sit acus, natura huic indidit ora
Quæ superent chalybis ferrea duriciem.
Intrat acus quodvis telæ genus improba, turbæ hac
Obrepit sensim cui libet improbitas.
Utq; acus exiguae est molis, sic ipse pusilla
Formæ mole tumet, quæ globuli instar habet.
Natus acu punctus matre est vel punctio lœdens;
Hic quoque pignus acūs est breue non placidum,
Eius cum referat mores, vultusque, genusque,
Nil mirum est ipsum si modo pascat acus.

In

ri

In Turrianum VEGÆ allatrantem,
EPIGRAMMA.

ALLATRES licet, & ferocienti
Rictu vulnera seu commineris
In cassum rabide o molosse latras,
Non latratibus hic LVPVS mouetur.

IN ID, QVOD ARCADIAM
Inuadat.

Quis te non dicat penitus pietate carere,
Qui sic in patriam surgis a sella tuam?

ALIVD IN IDEM.

Arcadiam dulci tentatam pectine ridet
Turrius, an ritè est sic ov⁹ ad cytharam.

AD LVDIMAGISTRVM.

Cum nullū ludas, cunctos sed lādere tētes,
Infligasque meo vulnera seu Lupo.
Cur te turba vocat puerorū ludimagistrūm
An non sic melius lādimagister eris?

AD EPOPEIAM.

Si quidquā veri blateraret Turrius, isthac
Non Epopeia mihi, sed cacopeia foret.

L

IN

IN ID, QVOD COMOEDIAS
Lipi explodat.

Comica dum celebri ludit miranda theatro
Spectantesq; rapit docta Thalia Lupi.
Turrius in scenā prodit, mimumq; reuoluēs.
Insequitur varijs carmina docta iocis.
Quid mirū est? quoties celebrātur comicastūl
Ridēdi partes mimus ineptus agit. (tas)

DE LOPIDE VEGA CARPIO
Inuidulum carpente carptorem.

Carpentes carpit carptores Carpius ingens,
Aptum sortitus nomen ab officio.
Ergo dum stellis nitidus fulgebit Olympus
Carpēris, carptor iam miser, assidue.
Et meritō furor est fortissi insultet inermis
Obuius armato, sit licet ore minax.
Et furor est illi, rigidos qui ostenderit vngues,
Mollibus irasci quemlibet vnguiculis.
Quin bene Marcus ait: nec dentem dente laceſſes,
Si carne eſſe satur non solido eſſe cupis.
At silicem iactes, quod dura in marmora, telum
Nunc resilit stridens in caput ecce tuum.

RAMILÆ TVMIDI ATQVE IN-
felicis Grammaticuli
Tumulus.

Mortuus hic Ramila iacet, semperq; iacebit,
Quodq; fuit viuens, est cinis, estque nihil.
Grammaticus pridem prognatus patre solæco,
Grammatici insulsi nomen inane tulit.
Nec sibi persimilem quemquam vixisse putabat,
Nec certé huic vixit Grammaticus similis.
Num tam stultus, iners, male sanus, liuidus ullus
In nostra demum viueret Hesperia?
Nec fore se iccirco circius miser ipse misellum
Crediderat mordax horridulusque canis.
Tantum viperei fuit illi in pectore fellis,
Tantus in exiguo corpore fastus erat.
Nunc pergit rotus, pergit cum lumine nomen
Huius enim, aut nigris cerius est tenebris.
Qui grauis ergo bonis fuerat dum vita manebat,
Sustineat terra nunc graue & ipsus onus.

FINIS

с и т е

NOBILISSIMO

ET ILLVSTRISSIMO AD-

modum D. D. Sebastiano de Mendoça,
Comiti Cluniæ, & Dignissimo Aca-
demiæ Complutensis Patrono.

Iulius Columbarius.

NV M Iocaberis (Comes illustrissi-
me) quod somniorum interpreta-
menta tuo nomini offerenda cen-
suerim, cui ne seria quidem spectata persone
dignitate benè potuissent consecrari? Sed
non semper grauioribus studijs occupatur
animus, quandoq, excurrit in ioca, vt posteà
ex hoc veluti lapsu Antæi instar fortius ad
laborem exurgat. Id certè benè viderat ille
quondam Imperator, qui vt fatigatos nego-
tijs spiritus relaxaret, Sceptri maiestatem
ad exercitationes ludorū puerilium demit-
tebat,

— *Equitans in arundine longa.*

Vt ait Poëta. Quapropter admitte quæso in
sacrarium tuum hæc leuiora, quæ grauiores
ex animo curas pellent, & mentem imp̄sis

se-

serijs occupatam recreabunt. Tu sanè, Comes illustrissime, ita omnium horarū semper fuisti ut te hac ludicra scena delectatū in nō diffidam, quæ eò maiorem tibi voluptatem afferet, quod ridiculus admodum minus præcipuum eius argumentum fuerit Vale Comes omni laude maior. Tricassibus Pridie Nonas Junij.

V M Iacobus (Comes illustrissime) dux locutionem intermissione
meritis et orationis officiis sed
discessum est ut etiam duplexque gratias perinde
quoniam pene beatitudinem congeriat. Sed
non solum per gloriosissime virtutis occurrerint
eximuntur ex parte exercitū. Aeneas iustus cor et
spiritus eximuntur. In exercitu pene absens illi
dupliciter laudatur. Speciebus missis exercitū
et exercitio pectoris pectoris exercitū
Vt sit fons. Omnesque exercitū
ex exercitu sumi pectoris exercitū
et exercitio

ONEIROPAEGNION

SIVE IOCVS.

QVID Hoc anno Matriti dictum,
actum sit nolo memorię mandare,
nec enim illic præsens adfui, aut
quidquam ab actuarijs reficiui, cuius possim
historiam contexere. Dicam tantum, quæ
vnius noctis interstitio vidi, quæ vnius som-
nij beneficio audiui. *Quid me caperata fronte
intueris Angerona? Quid minitaris?* Non po-
test res tam digna scitu silentio inuolui. Li-
cet sacer intestabilis audiam, prodam omnibus
ea quibus interfui. Scio non paucos fo-
re, qui hæc vitra fracta, & somniorum apinas
fuggillent, sed

Odi profanum vulgus & arceo.

Dabo somnium dextro genio colatum, & ne
quis de ipsius veritate dubitet, cornea porta
emissum. Date mihi tantum aures benignas
& attentis animis mecum has nouas phantas-
matum formas percurrite.

*Iam Tartessiacis mersabat frana fluentis
Titan, & auratos properans descendere currus*

Cyn-

Cynthia, nigrantifigebat lumina mundo,
Iam rerum fugiebat honos, noctisq; verenda
Prasciis, errantes solitas cogebat ad ornos
Horror aves, stabant epoto flumine densi,
Ad præsepe greges, Phœbiq; latentibus imbris,
Agricola atrium fessus linquebat aratrum.
Breuius dixissem nox appetebat, cùm me lō
ga fessum ambulatione frequenti amicorum
caterua comitatum domum recepi, ubi va-
rijs doctè contextis sermonibus, tandemque
cunctis vrgente somni hora salutatis, in op-
eratam quietem concessi. Darem ridendi an-
sam Chronologis quibusdam, qui me
παρεζωμένος παρεγχειρυπάτος, aut ελεύθερος
postularent, nisi tempus & horam designa-
rem. Itaque Æstatis tempus erat, & hora
circiter, si Romanos ritus spectamus, tertia,
si nostros, nona. Vix dum in strati molliorē
spondam cubitum reclinaueram, cùm seu pa-
pauere medicatis, seu somnolenta virga ta-
ctis oculis sensim somnus obrepserit, ac in ipso
quidem velut limine, diuersa primū circa
caput insomnia vagari, hinc diuersæ præteri-
tarum rerum imagines oculis oberrare, do-
nec tandem sub tempus (vt Plinius loqui-
tur) sublucanum, felix, & fauentiore Mor-
pheo

pheo immisum aduolat somnium, quod &
insomniorum discussit molestias, & tumul-
tuantibus vmbbris pacem indixit.

O dulci requies sopore mixta,

O nox nata polo fauentiore,

Seu tu sydere o faues tonanti,

Quo securius abditas tenebris,

Cautus decipiatur rudes puellas,

Seu Marti faueas libidinanti,

Suæ dûm placet osculis puellæ,

Nil est numina dulcissim sopore;

Nam sensus vigiles trahunt laborem,

Et curas pariunt molestiores,

Nox tancum est superis amica diuis,

Nox mortalibus est amica tantum,

O dulci requies sopore mixta.

Visus mihi sum Matritum raptim conuo-
lasse, & in celebri D. Philippi porticu stare.
Ilic primum me ingens hominum multitu-
do cinxit, quos è vestium coloribus, & pin-
nis galero præpeditis facile milites esse con-
ieci. Cùm autem huc & illuc oculos curio-
sius circūducerem, tot emporia, tot merces
euntium oculis expositæ fluctuantem ani-
mum ad se rapuerunt, vt ne liber quidem lo-
cus secretis cogitationibus relinqueretur.

M

Vi-

Videbar Athenias commigrasse, quas emporiorum frequentia celebrauit antiquitas, sed præcipue ita ad ciuium splendorem caligauit, ut me alterius instar Cyneæ in Romanū Senatum delatum esse crederem, ita oculos quot incedentium, tot Regum purpura capiebat. Tandem vbi errantes paulum oculos reduxi, in certum ac destinatum locum defixurus, incidi primum in numerosam hominum multitudinem, quæ in tabernam quādam (si rem benè in memoriam digessi) coibat. Taberna autem ut videbatur è regione templi sita erat, quæ patentibus ianuis humanissimum cuius hospitium pollicebatur. Notavi autem in illarum vestibulis diuersos titulos, & effectas varie picturas, quæ nihil minus quam librorum nouitatem legentibus promittebant. Vnde mihi non iam in cauponam, aut tabernam, sed in bibliothecam incidisse abunde constitit. Tunc hæerre anxius animi, & in varias cogitationes trahi incepi, nam hinc ignotum in Aula nomen mihi dulcissimi Musæ aditum intercludere videbatur, illinc grata studiorum recordatio, cuius beneficio me in scholasticorum familiam olim recensitum fuisse meminerā, arden-

ardentibus desiderijs animum stimulabat.
 Respiciebam vnde quaque diligenter, si quis
 mihi in tanta multitudine notus esset, sed cū
 in perpetua quasi solitudine errarem, nec mi
 hi de ullius notitia in tam crepera luce con
 staret, assumpta audacia, quām ambitiosæ
 scientiæ fiducia subpeditabat, me inopinata
 celeritate Doctorum turbæ ingessi, ac sanè
 non me mediocriter inexpectata rei nouitas
 perculit: nam omnes tanquam in Orestis sa
 cris silebant. Diceres nouos esse Pythagoræ
 discipulos, qui se *τυροκίνοις* tyrocinio proba
 rent. Hærebant omnium cōsiderantium vul
 tus, ac tanquam spirantia simulachra mu
 tuis inter se obtutibus loquebantur. Huius
 itaque rei nouitate commotus, gentis huma
 næ vitio concupij scire, quisnam tam altum,
 velut in nocte profunda silentium impera
 ret: nam identidem veniebat in mentē Amy
 clas taciturnitatis vitio periisse. Adfederam
 fortè caluo cuidam tuberosi admodùm vul
 tus, quem lacinia vestis tractum, & in secre
 tiorem locum abductum, submissa voce, &
 quæ aures attentissimas falleret, de silentij
 causa interrogavi. Ille verò barbam aulico
 concinnatam, artificio demulcens: cū ter,

M 2 aut

aut quater in solum expuisset, sic incepit.

Optimè omnino mihi inter Philosophos veteres ea secta sentire visa est, quæ non in annibus verborum sonis ducta, sed solido sapientiæ fundamento amplissimam eruditionis partem in silentio collocauit. Quia in re prouide rerum omnium parentis ductum secuta esse videtur, quæ duas ideo mortalibus aures, unicam vero linguam tantum dedit, ut silentium loquacitati preferendum esse quasi digito demonstraret. Non id tamen dico, ut velim hanc Criticorum turbam, quam in his vides subsellijs inde laudari, ne me eorum plerique mendacij palam cōuincant, qui quotidie vanis declamationibus ludibria excitando se cunctis proh dolor deridendos exhibent. Melius esset planè, ut illi de silentio semper cogitarent, & non ineptas saepe nugas proloquerentur, quas potius ambitionis æstu accensi, quam ullo, vel mediocris doctrinæ fundamento nixi expromunt. Quosdam tibi de spirantibus etiamnum possem producere, qui tantis hanc bibliothecam ineptijs onerarūt, ut eos ab ipsis etiam pluteis iustissimo risu subsannatos esse existimem. Ac ne longius excurram, an non is vere virgarum fa-

fasces cum ipsis etiam securibus merebatur
 qui nuper Platoni in celeberrimo hominum
 confessu Romæ Consulatū adscripsit? quam
 autem pestiferum sydus illius ingenium af-
 flauerat, qui tanquam in quantitatum ratio-
 ne quidquā nosset, Sydera, producta peulti-
 ma, pronūtiandum esse præfractè cōtendit?
 Nam omitto versum Senecæ, quem ipsissi-
 mus Musarum propugnator, quia satiem dici
 posse ignorabat omnibus tanquam enigma-
 ticum & Gordianis implexum nodis exponē-
 dum proponebat. Missos facio complures
 alios, quorum hi *pura putida non puta*, putido
 planè argumento ducti dicendum esse aisseue
 rarunt. Alter *cantierium* linguae Græcæ igno-
 rantia pro *encausto* inter *λωσαγινης* artis ter-
 minos recensuit. Hic est ille pestilēs genius,
 qui tantas in literis strages edit, & miseros
 homines inani gloriæ fuso deceptos in præ-
 cipitia deducit, ipsorum famę & nominis fu-
 neribus notabilia. Quid si iam de Poeticis lo-
 quar, quos hoc tempore noctis vnius fatalis
 inclemēria tanquam fungos producit. Nul-
 li planè versum quomodo cunque construe-
 redatum est, cui non statim poëtē titulum fa-
 ta perniserint, qui se non putet, ut cum Oví-
 dio

1 dio loquar, laurum momordisse, & in ipsum
etiam Heliconis verticem ascendisse. Testis
ille est, qui nuper è rustica caula prodiens cā
tiones è triuio tanto legentium risu in aulā
produxit, vt nouum planipedię fabulæ argu
mentum videretur. Date veniam, ò Musæ, si
de vestris alumnis expostulo, qui vos tam in
fra vestræ dignitatis terminos collocant, ve
strum nomen tam vili pretio vbique vendūt.
Lege olim cautum apud Romanos fuerat,
vt Senatus, diminuta Senatorum multitudi
ne, intra quadringentos coerceretur: sed ab
hoc poetarum Senatu nullus excluditur, sed
statim ac minimus poeseos æstus cuipiā arri
sit, se inter Apollinis mystas cupit annume
rari. Quod si causas hodierni silentij queris
mihi crede, non id à modestia proficiscitur,
sed à supina quorundam desidia, quibus suos
Rhapsodiarū aceruos euoluere non licuit, vt
difficultates aliquas eruerent, quas p̄st tac
ram instar inconsultè expedirent. Neque e
nim inter eos ita tacendi consuetudo inua
luit, vt possit ullus, qui aliquod inter doctio
res nomen habeat, sub hac tam incertæ spei
aura famæ integritati confidere. Nam aut
perpetuò inter se è triuio cantilenas, & qua
si

si iurato in ingenuas disciplinas odio vitia-
 tos authorum locos inepte proferunt, aut
 magnorum virorum sibi delectum faciunt,
 quos lingua sua crudeliter admodum tradu-
 etos in inuidiam suam compellant. Nullus
 est plane, qui ab eorum dentibus incolumis
 euadat, nullum scripti genus in lucem pro-
 dit, quod ab illis censoribus non furcilletur,
 neque in infimi tantum subsellij Senatores
 haec crudelitas erumpit, sed & heroas plerū-
 que in fabulas suas coniiciunt, quos satyrica
 macula cōspergere extremæ impietatis est,
 ne dicam sacrilegij. Quis neget Lupum a
 Vega in morbo cubare, cui tantas Ruitanus
 nescio quis vnde quaque plagas inflxit, vt
 ne ipse quidem Aesculapius possit ipsi medi-
 cinam adhibere? Quid Tribaldum loquar,
 quem iste etiam Tarquinius stylo, ferro, cala-
 mo aggressus est? Crede mihi adolescēs, si te
 improuidus ætatis impetus huc egit, vt in
 illorum rate veræ scientiæ pelagus velis
 triajcere non est quod de naufragio dubites.
 Idcirco tibi prius tempestates, cautes fre-
 quentissimas, & vada describenda putaui vt
 in ipso adhuc portu de salute tua cogites, &
 imminentis periculi timor tua consilia in tu-
 tor

105q

tiores cursus deducat. Me etiam quondam
cum nondum animum firma prudentia ro-
borassem inconsultus amentiæ turbo in ho-
rum venatorum plagas deiecerat, quibus e-
tiamnum illaqueatus hærerem nisi experta
proprij mali pericula me ad salubriora con-
silia, & veram sciētiæ orbitam reduxissent.
Loquor proh facinus! nuperi adhuc infortu-
nij memor funestę in quam huius diei, qua
offensa magnatum quorundam lingue meæ
libertate potentia me v̄lmea penè procella
euertit. Quapropter vide adolescens quid
agas, & cui te consilio credas ut si fortassè
ætatis tuę habenas his aurigis regēdas com-
mitas, turpem postea famæ lapsum sera pœ-
nitentia non deplores.

Pendebam ab ore narrantis, qui etiam Ion-
gius orationē suam protraxisset nisi cursum
illius improuisus lachrymarum vbertim ex
oculis manantium torrens stitiisset. Videba-
tur recenti infortunio grauiter condoluisse.
Ea enim s̄epe mortalium conditio est vt li-
cet iucundissima pr̄teritorum malorum re-
cordatione gaudeant tamen ita quan doque
recentium malorum sentiant vulnera vt in-
uita s̄epissime constantia in lachrymas erū-
pant.

pant. Ego qui in hominem maxime ad genij libidinem cōpositū incideram, & cuius mihi simplicissimus affectus arriserat, non abs re fore credidi, si vt in incepta oratione pergeret blāditijs omnibus, quas tunc coacta subministrabat humanitas inuitarem. Alligatum itaque arctissimis complexibus rogare cepi, vt mihi & nomen, & tam subiti doloris causas indicaret, fieri posse vt aliquid mihi fortè suppeteret remediū, quod illi non inuiderem. Ceterū non minor animum sciendi incesserat cupiditas quis nam esset, iste RVTANVS, qui tanto in Lupum exarserat odio, (nam & hoc ægrè admodum ferebam cum tunc in mentem veniret LVPVM mihi quondam intima familiariitate notum fuisse.) Non oportuit diutius hominem iam satis ad hæc dicenda spōte incitatum virgere cum illi satis superque propria gloriæ libido stimulos admoueret. Existimabat enim se ita in eloquentia primas tenere, vt omnes sermonis sui facundia caperentur, & cum in ignotum aliquem deuenerat, tunc maximè ambitioso dicendi amore flagrabat, & suam inani verborum volubilitate loquacitatem prodebat.

N

Ita

Ita notum est (inquit) per omnes Hispaniæ & Italiæ partes SATYRIONIS nomen, ut eum grauissima nota dignum esse censeam, qui vel Hispaniæ indigena, vel inter Hispanos degens, illius autoritatem ignorat. Et ampliorem quidem illius notitiam apud fore existimo, si dicam illud mihi non maiores ab ætatis primæ incrementis, sed ipsam mihi virtutis & scientiæ dignitatem impo- suisse. Primum quidem Aresius ab omnibus simpliciter vocabar, cum illud nomen mecum adoleuisset, sed labentibus sensim rebus, ut ad scribendas satyras animum inclinaui, & plerisque Principibus, magnorum capitum detimento risum satyricè conciliaui: ita promptissimis vniuersiisque suffragijs ad SATYRIONIS nomen electus sum. Vix fidem adhibeas mediusfidius, si dicā in hoc nomen ita fatorum ordinem conspirasse, ut integro vitæ meæ curriculo in nullum aliud studiorum genus incubuerim, quam vel in priuatorum mores, vel in codices traducendos. Ex quo, si non mihi SATYRIONIS, traductoris certè, quod idem esse existimo nomen remansisset. Nā Italia, cuius tantam librorum farraginem,

Hispa-

Hispana dictione donauit, mihi saltem in tanti laboris præmium hunc titulum indulsisset si statuis, & monumentis indignum laboris mei beneficium reputasset. Verū ut non sunt omnes ad modestiam nati, & læsa tandem patientia surgit indignatio non omnibus affectus hic satyricus placuit, sed non pauci reperti sunt, qui in scripta mea diligentius inquirent, non tantum me precibus deuouerunt, sed alios etiam ne per somnium quidē violatos arte pessima in odium meum concitarunt. Emiseram in lucē tam fœlici (ut credebam) successu dulcissimos errores, quorū mihi fictitium nomen, tamquam laruam circa frontem aptaueram, ut non paucos ex aula clam perstringerem, & securius sub hoc quasi fabulæ condimento languentem gustum ad satyrica fercula excitarem. Sed dij, deæq; ut quandoque contra expectationem contingit: ij, quos minūs pertimescebam, artis meæ commenta retexerunt, & eos quorum hoc argumento benevolentiam conciliare putabam, pessimis odijs inconciliaui. Hinc illæ lachrymæ. Sed ne quid meis deferset infortunijs, ne illi quidem quos supra cōmunem modum laudaueram, quorum no-

N^o 2

mi.

Lxxiiii

mini opus tanquam meo tutelari genio con-
secraram, mihi Minerual indulserunt, cùm
tamen ingratissimos labores non solum fa-
mę, sed etiam famis mendicitate venderem.
Vnum tamen est, quod fatear, me nunquam
eos, quos sciui ad doctrinæ famā prouecti
esse in hūc maledicentia mimum induxisse,
eos tantum mihi notandos delegi, quorum
nomina infra scientię fastigium posita, apud
plerosque latebant. Me quidem olim (pace
tanti viri dixisse liceat) æmulationis genius
ad carpenda LVPI scripta instigarat: sed cū
agnouissem eius nomen, ita latè propagatū
esse, ut ipsius etiam memoria in ignoto cole-
retur, non ultra perrexi, ne despecto Pollio-
nis consilio forte in eum incidissem, qui me
posset proscribere. Adde, quòd emersus nu-
per è scholis Cōplutensibus Rujtanus is de-
quo percontabar, mihi hoc prouincię onus
eripuit ea lingua hunc seculi nostri Phœnicę
aggrediēs, quam mihi benignior ingenij cul-
tura denegauit.

Sic tremulo excelsi quatintur fulmine monees.

Syluarum sic sapé decus. cæloq; minantes,

Frangere nesciuntur ventorum flamina pinus.

Nihil

Nihil dissimulabo in simplici professione
 sensuum meorum male habuit hominem, quod
 illum Academia Complutensis exautho-
 rasset, & puerorum magisterio, cui praefectus
 erat, abdicasset. Ideo se probè honori & me-
 dicitati consulturum ratus est, si in Aulam
 Regiam conflueret, & ad Primum benevo-
 lentiam e blandiendam nouo Tarquinij exé-
 plu, in summa papauerum capita cōspiraret.
 Cū igitur vidisset VEGAM tanquam a-
 lium Solem, cæteras celi faces splendore suo
 coercere, statim ei inuidię tenebras opposuit
 sperans fore, ut tantum lumen eclipsim pate-
 retur, sed in Solem nebulæ vix quidquā pos-
 sunt, & rara admodū caligo mortalibus inte-
 grā diei lucē eripuit. Quid tandem? Quo me-
 lius illius famā obscuraret, sordes hinc inde
 collectas in spongiā coniecit, quā postea e-
 ius candori applicitam, apud omnes inscitiae
 suæ symmyctas, tanquam aureas Pythagoræ
 gnomas venditauit. Euulgatæ passim per fo-
 lia nugæ inter tantam aulicæ multitudinis
 diuersitatempassim proscriptores, passim
 habuere patronos, quorū variae, & inter se
 pugnantes sententię, partim illius vitia con-
 demnaruat, partim exultantem styli feruo-
 rem

rem inconsulto præconio collaudarunt. Hic autem ne multorum calumnias criminatio-
nū accusationes solo capite propulsare cogi-
retur sibi doctrina & dignitate potentissimū
amicorum par ascivit, quos supra Lælij, Sci-
pionisque fidelitatem extollerem, nisi in dis-
pares affectus conspirassent. Alter Philoca-
lus vocatur, alter Curius credo sic dictus,
quod eum ad antiquam Curiorum grauita-
tem natura efformauerit, in cuius notitiam
Ruitanum ferunt deuenisse, quod cum elap-
so Maij mēse, felici admodum (quis credat?)
successu in vxoris manum cōuenisset, locata
ipsius industria celeberrimas cantiones sub
proprio nomine sparserit, non enarrabo tibi
vxoris honestissimæ matronæ dotes, ne me
superstitiosæ admodum diligentia arguas,
aut censeas me ipsos etiam coniugaliū tha-
lamorū recessus, temeraria curiositate scru-
tari. Quidquid sit, tantum valuit Curij sim-
plicitas apud Ruitani mentem, vt eum dig-
num censuerit, in quem omnes spongiæ eue-
tus reclinaret, crediditque optimè demūm
actum iri, si Philocalo succollante vniuersa
criminationum moles huic Atlanti nitere-
tur. Vtinam sanè te hic ad tempus curiositas
deti-

detineret, ut videres quanta arte norint boni isti pictores cupressū suam simulare, nam videas illos plerumque bibliothecas frequē tantes, & tāquam quatuor librorum millia, ut ille Didymus vel scripsissent vel lectit as- sent, ita suos labores commendantes, ut ne- mo nō aliquos esse Lucumones arbitretur.

Erat adhuc in ore narrantis dictum cum varia quasi lictorum submouentium turba vtrūq; improviso murmura ~~et~~ turbauit. Au- diebantur confusæ quorundam intus canen- tium voces inter quorum distinctiores con- centus hæc Arbitri visus sum in audire

*Huc, huc conuenite nunc spatulocinædi,
Pede tendite, cursum addite, conuolate plantæ,
Fæmore facilis, clune agili, & manu procaces*
Inexpectatis versibus commotus conuer-
ti oculos ad canentium voces, & vidi quos-
dam è Criticorum numero symphoniacos,
qui tanquam ex munere intrantes quosdam
salutabant. Ceterū mihi penè spectaculum
risum mouit nam ita buccas inflabant ut de-
pictos Marsyas esse crederem. Tum ad me
Satyrio.

*En inquit (indicando turbam ingredien-
tium) eos quos tibi tanto feruore describe-
bam,*

Ibam, en nouos Reipublicæ literarię Trium-
uiros. Ecce tibi Ruitanum, Philocalum, &
Curium. Iam verò si vacat homini litigan-
ti & condicte negotiorū horæ sistere se cu-
pienti, discedendi potestatem concede. Cum
humanissimis verbis diutius ipsius humani-
tate collaudasse, me è secretiori loco pro-
duxì, & rerum nouarum ultra curiosus in pu-
blicam turbam immiscui, verùm, vt ad Rui-
tani, & assclarum conspectum perueni (si
qua est somniantibus fides) in expectato cōsu-
sus spectaculo penè in solū lapsus sum. Erat
enim Ruitanus pallido vultu, lurido, exāgui,
oculis ita liuentibus, vt reus, aut sordidatus
videretur. Promissū ad talos, antiquo tibici
num ritu syrma circa corpus aptauerat, eo
fortè consilio, vt suauior ille cortex interio
rem medullam polliceretur. Philocalus autē
tam lepidè, vt decantata Politiani Lamia, e-
missitijs oculis nares instruxerat, vt penè dis-
cuso stupore, in effusissimos risus solutus
sim. Pendebat ex ipsius collo bullæ instar ta-
bella quedam argentea, in qua incisum lege-
batur A C E R R I M V S MVSARVM
PROPVGNATOR. Credo vt ab alijs hac
qualitate etiā distingueretur. Denique in Cu-
rio,

rō, tām frequentem agitati capitī motū
 notaui, vt in eo secretam Mercurj vim late-
 re crederem. Hac mirifica gustatione ini-
 tiatus, existimauī non parūm dapsiles fore
 sermonum cōtextus, quos ipsi inter se essent
 agitaturi, omni itaque discussa formidine, &
 superata verecundia, me in illorum cōsortiū
 haud cūtāter admisi. Sed ecce, dū altius om-
 nes silerēt, Ruitanus quasi ventis mare laces-
 sentibus, primū tuſire cepit, ac post variā
 manū gesticulationem, quasi meditata or-
 ratione in hēc verba erupit. Venimus contu-
 bernalēs in dulcissimum fabularum locum,
 in quo & sermonum suauitate calorī æstūm
 frangere possumus, & quasi lautiori promul-
 side sitim ad vespertinos calices excitare, nō
 ipsi quondam Scæuolę & Crassi rhetorici
 dissertationib⁹ suauius ad opacantis platan-
 i vmbreas tempus fallebant, quām nos in hu-
 ius porticus vmbraculis. O infœlicem te
 Academia, quę mihi tām crudeliter, adeòq,
 Musis omnibus exilium indixisti, iam bibliothecæ
 Cōplutēses doctis se exercitationibus
 fraudatas sentient, iam Athenæa, & Philoso-
 phici pulueres absentiam meam æternā pœ-
 nitentia deplorabunt. Sed benē est, quod ē

O

Scylla,

Scylla, non ut ait Poëta, in Charybdim inciderim, sed in sacrum studijs locum, & inde potissimum notabilem, quod in eo permulti ingenij mei subtilitatem sciuerunt demirari, hic me potentiores ambiunt, & quasi magnum esset aliquid supra illorum captum scire me certatim ad existimationem, mutua commendatione protrudunt. Verum, ut non semper in Aulis Regum inuidia extra ciuitatis pomoeria habitat sciolos complures domesticè infensos mihi esse scio qui ambitiosæ libidinis decreta euertere conantur. Sed non est quod debiles illorum impetus reformidem cum nullus sit inter eos quem nō meis versibus si velim ad funestū laquei solatium adigam. Ex ijs certe non paucos tam fœdè iam supplantaui, ut dubitem num inter vel mediocriter eruditos sibi locum designent. Parum esset si Xyrophontio Thalassio, Aetiotatum occinnissem nisi & diuersis epigrammatiis Sphalmatiū explosissēm qui nuper non feliciore successu nobis pueriles Gryphos enodandos proposuit quam prius stultissima medicinę deliria vulgauerat. At Aegonem medius fidius sub librorum mole ægre spiritum ducētem

tem reliquissé nisi tot nobis in historia Hispanica mendacia nuper protrusisset. Vnus solum Lupus tantæ monstrorum stragi superstes mansit cui terrorem meis latratibus incutere non potui, satis superque in cursu iactatus sum nunquam in meta cōquieui. Diceres alium Achillem inter mortales esse in quem telorum sœvitia nihil valeat, in quem mortalitatis mala non cadant. Nihilominus tanquam aliquis vltra malignæ spei radius affulgeret ad malitię meæ decreta confugi & ut satyrica indoles inuentorum diuersitate luxuriat spongiam ex inuidiæ meæ penu de prompsi vel mephitim potius ad cuius virulentos vapores scriptorum ipsius fragrantia periret. Heus Curi, heus Philocale.

Date carminata socco

Date dicta sub cohurno

Date quidquid & Poetæ

Vario strepunt in actu.

Iam obductos sinus recludebat, vt infamem libellum promeret, cum ego qui tot inflicta Lupo vulnera ægrè admodū concoxeram, quasi erumpente audacia in hominem insurgo. Et non est inquam satis deorum hominumque pudor: dementiam intra priuatos

parietes indicasse, ut eam velis etiam publicis tabulis consignatam? Ergo non sufficit effreni linguae licentia numinum sanctitatem violasse nisi ut imposita etiam illis per summum nefas flagitia ab omnium mortalium oculis legantur? O depravati literarum censores qui ad famae fastigium per lubricos maledicentiae gradus concedere conamini! O pestes Reipub. literariae qui primas in scientia tunc obtinuisse censetis, cum sacramento, & nuncupatis votis calumniæ nomen obstrixistis! Hæc liberiori iracundia effundebam cum animaduerti omnes inter se cachinnari, & iustos clamores risus procacitate confundere. Tunc magis accenso animo, & iracundia acrius instigante in Ruitani vultum inuolo, quem in terram penè mortuum afflixisse nisi ipsius satellites brachiorum impetus retardassent. Exortus repente clamor integrum penè viciniam ad spectaculum conuocauit. Concurrunt apparitores, & accensi, qui dicto citius manus utriusque injiciebant me etiam in nerui angustias nisi fallor cōpasturi, nisi me alter eorum seu faro quodā, seu ob peregrinoris linea mēta cognouisset.

sq

hi

hi autem, ut è recenti stigmatū fronti inusto
rum nota dignoscetatur Priscianus, & Orbi-
lius erāt, qui è custodie latebris exire videbā-
tur, in quas eos Ruitanus fēdē solēcīs la-
ceratos (ut ipsi querebantur) cōiecerat. Ve-
niebant autem ut iustas ab eo pœnas repe-
terent, & vetera ipsius crimina nouo cri-
mīne cumularent. Ita enim in calamitati-
bus vt plurimum contingit ut statim ac ali-
quem acre infortunium affligit simul pas-
sim tanquam perfracto obice confluentium
malorum torréibus inundetur. Inter omnia
maximè miratus sum spectaculū quod inse-
cutū est, H̄i enim nulla moræ, nec perendina-
tionis ratione habita mihi visi sunt, eum tan-
quam ex aulæo in publicum theatrū eductū
verberibus lacerare, & dēfissimis scuticarū
istibus impigrè iracūdiā satiare. Ipse in ple-
nas commiserationis voces erumpebat, Et
per id (inquietabat) quod vobis charissimum
esse potest, cessate tantillū, & ne iniudea-
tis homini misero ad tempis inducias, ut sal-
tē apud vos causæ vestre, iudices, vite meæ
innocentiam exponam. Sed illi tanquam nul-
lus esset commiserationi locus, & vulnerum
adhuc memoriam repeterent, noua crudeli-
tate

tate sequire, & repetitis vehementius ictibus
corpus ipsius affligere. Confluxerat ingens
populi multitudo, spectaculi nouitate com-
mota, auido etiam ut videbatur animo, tam
funestę tragediæ exitum expectas, cumquę
huc & illuc fortè oculos circumducere, tam
tæ frequentiæ demirator, mihi Lypus inter
quosdam eminere visus est, intentis admodū
in spectaculum oculis, eum autem ex eo præ-
cipue cognoui, quod eum penè vniuersi felici
digo indicabant. Sensim igitur superata
multitudine ad eum irrepsi, & heus tu, inquam,
Luce hic ades? Cum ille quasi altissimo ex-
perrectus somno ~~ris~~ ~~re~~ ~~as~~ ~~ad~~ ~~go~~ | Tū ego
eum tu dubitas agnoscere, quem semper in
oculis gessisti, & cui si notorem nō haberet,
recentes à calamo tuo literæ possent suffice-
re? Dubitas inquam, de eo, quem si nunquam
nosses, hodierna die posses memorabili exé-
plo cognoscere? posses in interiores amoris
tui latebras admittere? At ille in amplexus
ruens, & amplissimis verbis memoriae lap-
sum excusans. Ecquod (inquit) adolescens,
te nobis prosperum numen stitit? Quæ te
ad iter per tantos æstus capessendum causa
impulit? Ego, qui vehementi admodum ex-

po-

ponendæ præsentis tragediæ desiderio fla-
 grabam, sic liberali fronte respondi. Esset
 quidem, quod aduentus mei tibi, Lupe
 causas exponerem, & eorum quæ apud no-
 strates geruntur colloquijs, curarum tuarū
 molestias fallerem: sed aliud maioris mo-
 menti vrget, quod & me ad alios sermones
 trahit, & his iucundioribus penitus aditum
 intercludit. Ea quam vides populi multitu-
 do, huc meo quasi imperio confluxit, & tan-
 quam ad relaxandos animos comica fabula
 populum fraudasse, funestos huius quam vi-
 des tragediæ actus exhibui. Non opus est, ut
 tibi nascentis dissidijs causas, & incrementa
 enarrem, satis ex ipsis actoribus vniuersam
 dramatis seriem intelliges. Reus iste, quem
 tam crudele supplicium vides subire, Ruita-
 nus est, è cuius manibus famam tuam eadem
 planè sævitia laniatam hodierna luce vindi-
 caui, qua ipsius vitia lictores isti meritissima
 pœna coercent. Non refriçabo iam pleras-
 que cicatrices obductas: scias tantum, publi-
 catas coram me spongiaz in mores, & scrip-
 ta tua sordes ipsum in hoc discrimen addu-
 xisse. Vix dum spongiaz nomen audierat Lu-
 pus, eum exilit è turba festinatione præcipi-
blerp
 ti,

ti, & magna voce inclamat: Date inducias,
lictores, & tantillum quæso rei huius torné-
ta suspendite. Diceres quasi iuncto mari o-
leo tempestati successisse malaciam, & ven-
torum omnium flatus ad illius imperium po-
suissse: ita audita illius voce, omnes conticue-
runt, ita Orbilius, & Priscianus in vultum
depulsam prius serenitatem reduxerunt, No-
taui autem Philocalum & Curius, quasi cō-
spectum Lupi exhorrescerent, fugisse, & pau-
latim inter turbam euanuisse. Suspensa ita-
que omnium expectatione, tandem Lopus
ad omnes ora, & oculos conuertens, hāc ora-
tionem exorsus est.

Ne quis vestrū fortassè, spectatores æquis-
simi, tam repentinum iudicium præuarica-
tionis accuset, operæ pretiū me facturū exi-
stimaui, si vobis & sententię æquitatem, &
grauitatē criminis exponerem. Quod equi-
dem eò libentiùs aggredior, quod hic mea-
rum partium res agitur, cùm iij ipsi quos cō-
demnationis notam subiisse videtis, honori
meo, & morum integritati huc usque omni-
bus retrò annis cōseruatæ per summū scelus
insidias struxerint. Quod fānè aliqua ratio-
ne ferri posset, si aut superuacua sedulitate
quid,

quidquam in vitæ meę ratione ad infamiam
 efficax deprehendissent, aut si scripta mea ali
 quam acerbitatis umbram continerent, qua
 se, vel per nebulam lacescitos queri possēt.
 Sed quam absurdum esset homini, qui in lu
 ce, & periculis viuit, velle ullius mores cu
 riosius explorare, & saeuiter traductos in im
 probitatis suspicionem adducere. Satis mihi
 est ad innocentiam scriptorum meorum, &
 vitę probandā vos semper cādoris mei testes
 habuisse, meum semper calamum vestræ cē
 surę subiecisse, ut saltem vosmetipsi causę
 meę æquitati militaris, & huic sententiæ ve
 stro suffragio subscribatis. Lōgum esset vo
 bis Ruitani vitam exponere, & verendum
 fortasse, si benè vestrum in me amorem no
 ui, ne si vobis de vnius spongiæ sordibus &
 fæce constaret, de ipso actum esset, & ad cō
 clamatā vitæ fiduciā deuenisset. Sed quid?
 Tacerem tantis mendacijs prouocatus, & ca
 luniæ tā impunè per ingenij mei, & vitæ sta
 diū decurrēti habenas permitterē? Prodiret
 ipsa me inuito Arcadia, & silentio meo infen
 sa suam ipsa causam peroraret? Ipsa insurge
 ret Angelica, & reuelato vultu nœuos hone
 stissimæ fronti impositos quereretur? Epo
 P peia

peia denique suos Duces, quorū olim vobis
bellica facinora expressit ex umbra in pul-
uerem educeret, & in huius sycophatæ per-
niciem armaret? Verum quid dico? vosmet
ipsi meum susciperetis patrocinium, & me
ab huius inuidiæ morsibus prohiberetis. In-
credibile est quatas strages haec spogiae lues
in aula dederit, quantorum ingenia in spem
bonarum rerum adolescentia hic preceps a-
mentię turbo peruerterit. Et hoc quidem
parum esset, si eò stetisset iniquitas, & non
altiores egisset radices. Enim verò non in
me tantum haec crudelitas sœuit, sed in alios
etiam, quorum famam ad maximum Hispani-
æ de decus per summam impietatem lace-
rauit. Erupit in ipsam Religionem hic impe-
tus, nec ipsi Reuerendo patri Ioanni Ludouï-
co Cerdæ pepercit, quem vt supinæ in Vir-
gilio oscitatiæ argueret, ineptissimum sibi Di-
dascali nomen assumpsit, vt quem publicè,
nisi summo periculo nō poterat è latebris se-
curius infamaret. O tempora! O mores! quos si-
nu serpentes fouemus, aut in qua tandem urbe
viuimus? Permittemus Academiarum tranf-
ugas in nostra castra transire, vt vniuersi-
que mores ad calami sui lanienam designent?
Patiemur inter nos exploratores solo auda-
cie

cię suę præsidio nixos, latētibus inuidiæ cu-
niculis scientiæ fundamenta moliri? En cui
Iudibrio nostri labores seruati sunt? Hęc sunt
stipendia ex tot literarijs sudoribus parta?
hanc in spem ingenij nostri monumenta pu-
blicauimus, vt sic apud istos Musarum Pom
pilos clueremus? Sed finio , ne me aduersa-
rius putet, verborum lenocinijs vestram gra-
tiā ambire, aut apud multos cādoris mei inui-
dos hęc oratio præiudiciū habere videatur.

Dicentē variæ gratulat̄is populivoces excep-
perūt, vniuersi solēni formula inclamabant:
*Vegainnocēs dī te seruent, dī te nobis de derūt, dī te
cōseruent, dī te ex manib⁹ impuri eripuerūt, dī te
perpetuent, Vega fæliciter, Fælicifæliciter.* Dice-
res Imperatori triumphanti Senatū applau-
dere. Insurgebat paulatim multitudo in Rui-
zani perniciem, sed maximè lictores instau-
randi supplicij desiderio flagrabant. Hic au-
tē anxiè admodū torqueri videbatur, vt ob-
iectis criminibus respōderet, sed ei tumultuā
tiū strepitus dicendi potestatē non permisit.
Cōfusas audiebā frementiū voces. Alij, Rui-
tano vncum, alijs *Gemonias*, alijs *Crucē & equuleos*
imprecabantur. Vnusquisq; sibi ad libidinem
pœnam effingebat, donec tandem qui-
dam è literario Senatu, qui fortè ad spe-

statulum confluxerat, suarum partium esse
rat us, de rei delicto pronuntiare, factō per
præconem silentio in hęc verba tristem sen-
tentiam concepit.

Quandoquidem tu Ruitane, contra Republica li-
terari eleges nostræ Hispaniæ Phænicem con-
uicijs ausus es appetere, & spongiæ tuæ calumnijs
ipsius nomen infamare, cùnque in id periculum Ré
publican literariam adduxeris, ut ipsius quotidie
leges impunè à nouicijs quibusdam Criticis violen-
tetur. Te poriū plectrum esse censurimus, quam re-
cantum Respub. detrimentum capiat. Triste exem-
plum, sed in posterū salubre caluniatoribus erimus.
I, litor, colliga manus, caput obnubito, infælici ar-
bori suspendit o.

Exortæ sunt rursus gratulantium voces,
& vniuersi publico ad plausu æquissimi iudi-
cis sententiam adprobarunt. Ego certè inter
acclamatum evq[ui]as, altissimo somno ex-
citatus sum.

O dulci requies sopore mixta,

O nox missa polo fauentiore,

Seu tu sydereo faues tonanti,

Quo securius abditæ tenebris,

Cautus decipiat rudes pueras,

Seu Marti faueas libidinanti.

Sue

Suæ dum placet osculis puellæ.
 Nil est numina dulcius sopore,
 Nam sensus vigiles trahunt laborem,
 Et curas pariunt molestiores,
 Nox tantum est superis amica diuis,
 Nox more alibus est amica tantum,
 O dulci requies sopore mixta.

FINIS.



Audax dum Vega irrumpit Scarabaeus in horros
 Fragrantis pergit victimus odore Rosæ.

Q
DOMINUS nostre potester est unus qui dominat omnium
est unus qui dominat omnium Qui dominat omnium

1. 2. 3. 4.



UNUS QUI DOMININAT OMNIM QUI DOMININAT OMNIM

MAGISTRI ALPHONSI
SANCTII V. ERVDTISSIMI, ET
facræ Linguae in Complutensi Academia
Professoris publici Primarij,

*APPENDIX AD EXPOSTV-
lationem Spongiae.*

VENIT MODO (LVPE clarissime)
ad manus, quamuis melius ad pedes ve-
niret, libellus quidam, Spongia nomen e-
rat, quem, quia cōtra te, discerpsi statim: sed dubita-
re cœpi, spongia ne, an pumex? sic tua exirent

Arida modo pumice expolita?

Ita asperrimè verberabat aures stridor syllabarum,
& sesquipedalia verba, vt, sicut Nili cataractæ vici
nos accolas, me prope surdum reddiderint. Animad-
uerti, neque spongiam, neque pumicē, sed fragmen-
ta quædā è poetarum rupibus deuoluta ab inuidētia
quādā in amoenissimos tuę poeseos hortos. Inimica
frugibus grādo, obuia quæque prosternit, vniuersam
Arcadiam diluuiū istud Deucalionis inundat. Con-
tra pietatis officium Peregrinum à patria deturbat.
Semen, quod sanctissimus noster indigena, & prouidus
arator fœcundo solo cōmiserat, inficit, superse-
minato zizania inimicus homo, tedormiente. Comi-
cos tuos soccos tragædorum cothurno Satyrus iste
dilacerat, dū illos caprinis suis pedibus inducit. Fer-

res æ quo animo, magne LVPE, si nō Assyriæ viribus
succinctus nouus iste Babylonius Rex in Hierusalē
ciuitatem sanctam cum quibusdam ad maledicendū
natis coniurasset. Nam quis patiatur pulcherrimam
Ciuitatem, toto orbe nobilissimā tam crudeliter diri-
pi, tā immaniter subiectis flāmis incēdi, & reliquias
infelcis populi in Babylonios abduci? Hebræorum
instrumenta musica, quæ ad salices captiua plebs ap-
penderat, aëtus furore confringit, ne tu illis flumina
sisteres, feras demulceres, quercus auritas duceres.
Quæ ergo tépestasista? Quod olim ego in quendam,

Fit fragor in verbis, rupto palmone dehiscit,

Parturiunt montes, nascitur inde? Nihil.

Isti tamen contigit, quod angui presso, non à pede,
sed à conto, effundit venenum, non lædit,

Tellus tantum illius humore madescit.

Quid censes? Ego hominem venia dignum puto: nā
fame & nominis ergo templū Diana voluit incende-
re. Malè audiuit Demosthenes, Cicero reprehensio-
ne non caruit, quid Homero & Maroni non detra-
xit tabificus liuor? Ne mireris ergo, si sit quoque Lu-
pomastix. Fateor te maiore in scribendo famā adep-
tum, quam possit villa inuidentia ex parte minuere.
Sed impellit ratio, & natura cogit pro patria pugna-
re, tueri innocentia, arcere vim, &c., si aliter nequeas,
inferre. Verat tamen pudor maledicendo vincere, cū
benedicēdo possis. Defendendum ergo te suscepi, nō
quod me oratore ad tuā causam egueris, cū satis
ipse omnium aduersariorum tela nonsolū propul-
sarc,

sare, sed in eos retorquere potuisses. At præstat rem
aggreedi, quia equum est criticam istam audaciam è
reipublice nostræ finibus amandare, quæ ita in opti-
mos quoque labores, & vigilias, tanquam pestifera
lues irrepit, ut nulla sit iam tam tuta innocètia, quā
ista malitia non sugillet: nullus tam acutus in scribē-
do stylus, quem ista dura materies non retudat. Vix
datur modestiæ locus, ius probitati, prostat pudor,
insidiæ criticæ vbiique. Vbiique serpit hoc genus ho-
minum, quibus nihil preter sua placet, sua tantum
pulchra, & ab oraculo, aliena è triuio. Alienæ deni-
que aliena, sua tantum sua. Sic ergo

Scribimus indocti, doctique poemata passim.

Iuuat ergo aperto Marte pugnare, & leonina pellis,
vulpina deponatur. procul fraudes & malevolentia,
agamus pingui Minerua & more maiorum, facestis
supercilium, & ampullæ vestræ, quibus plenæ buc-
cæ vestræ tonant, sunt enim molesta Ciceroni. Ade-
ste ergo Lupomastigi critici.

Artes à natura profectas.

HÆC igitur prima lex esto, quam nemo negat,
Artes à natura profectas. Leges enim dat na-
tura, non accipit. Nolumus Dialecticorum more ini-
tio argumentorum impedimenta explicare, cum quæ
dicimus certa, firmaq; sint, & è media philosophia
petantur: ne cōtentio potius hoc nostrum institutum
esse videatur, protrahaturq; ad syllogisticam Erin-

Constat enim homines experientia, & ratiocinando
multa inuenisse, ex quibus paulatim artem posteris
reliquerunt, imperfectam primo & rudem, quam
alij postea expoliuerint, & perfecerint, & pro homi-
num captu, regionum temperie, temporum varia-
te multa disputata acutè, mutata prudenter, reiecta
cōsideratè, vt quæ antea multis placuerint, postea nō
probarint alij. Nam in eadem esse sentētia profecto
artibus perniciosum fuisset, posterisq; offecisset
plurimum, cum sic artes omnes rudes & impolite in
æuum omne permanerent, nisi quæ melioribus inge-
nijs mutanda videretur, fas, iusq; nō mutare iusisset.
Pleraq; Seneca Stoicus ipse multa ab Epicuro liben-
ter amplexus est, quod essent præclarè dicta, & ni-
hil à quo, sed quid dicatur, referat. Id enim certe na-
turæ, rationiq; expedire videtur, vt in omni re sem-
per, quod melius est eligatur. Nam cum ars imitetur
naturam, vt scriptum reliquit Aristoteles, ille melior
artifex est, qui naturæ proprius accesserit. Sic Apè
Iles, Parrhalius, & alij in pictura amplissima laude
floruerunt, quod nativo colores expresserint, & ve-
lut animatos vultus effinxerint, qui authoribus etiā
suis aliquando admirationi fuerūt. Vnde fit, vt mul-
ta ab alijs inuenta alij assequi, aut comprehendere ne
quiuerint. Certè Archimedes cum arte sua periit, vt
tradit Plutarchus, qui apud Syracusas tam excellēti
floruit ingenio, vt nemo mortaliū, nec antea, nec po-
stea saltem tam magni viri discipulus inueniri po-
tuerit, qui tam præclara inuenta posteris tradidisset.

Licere

Licere prudenti, doctoq; ins repertis artibus
multa obstat mutare plurima.

ERGO licebit viro docto, prudenti q; ex his, quæ
à maioribus inuēta perfecta q; sunt, eximere mul-
ta, addere, mutare? Quis negat? In mechanicis id
quotidie videmus, cur ergo in disciplinis id vetat lex
criticorū? Certe Plato perfectam Philosophiam reli-
quit, à qua discipulus Aristoteles discessit, ut taceā
de Carneade, Panetio & alijs, qui diuersas scholas
diuersis opinionibus, aut instituerunt, aut institu-
tas coluerunt, à quibus nos multa & amplectimur,
& repudiamus. Multa docuit Cicero in Rheticis,
quæ ipse in dicendō non seruauit, quia naturæ homi-
num & rerum cōditioni videbat expedire, illa relin-
quere, quæ alibi profutura sciebat, ibi non ita. Hodie
tota iudiciorum ratio mutata est, cum Romanis le-
gibus agatur. Non illa imperiosa magistratuū verba
hodie in vīsu, non illa severa senatus maiestas. Profes-
to, vt recte Tertullianus in Pallio, ipse quoq; homo
indictus mutatur, & non illi semper eadem sententia
constat. Vnde Quidius
Nilequidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim, sic ad ferrum venitis ab auro.

Et illud Lucret.

Semper in assiduo morte res quaq; geruntur.

Quæ est ergo ista vestra lex poetarū, ò critici tam sa-
crosancta, cui nefas addere, detrahere scelus? An no-
stro seculo negatur, quod superioribus seculis licuit?

Leges

Leges puto diuinæ ab illis accepistis, quibus inci-
dendis in æs vos Consules adfueristis, quando visum
est patribus, nihil de priscis institutis mutari. Non
alterius naturæ nos Hispanos Deus effinxit, nos quo
que homines sumus, & Romani ciues, quibus alia da
tur inuenire, Romana iura tuemur, communia nobis
& Horatio, quem Scaliger notat Artis præcepta si
ne arte dare. Extat apud eum præceptū de non exor
diendo à gemino ouo, & tamen Salustium bellum,
quod contra Catilinam gestum est, scribebentem non
seruasse, notat idem Iulius & laudat: quia id ratio
& natura rerum postulabat. Epicis Scaliger Æthyo
picam Heliodori proponit exemplar, & tamen Ho
merus est princeps, regnatque inter Eicos. Diui
num appellat Maronem, quod opus in partes, se
cundum naturam distinxerit, & tamen ille moriens
non probauit Æneida. Non ergo erit ars certa, ad
quam nostra componamus? Dices. Falsa est comple
xio, est ars, sunt præcepta, que nos astringunt, ut quod
naturæ oporteat imitari: exprimunt enim naturam,
mores & ingenia seculi, quo scripserunt, opera poeta
rū; itē versuum seruare leges, quamuis in his conce
ditur doctis inuenire, & nouare. strictiore est de nu
meris & syllabis lex. ad hylem componere, grandia
aut humilia ut res poscunt. In narrationibus est sua pe
culiaris ratio, aliter rusticus, aliter urbanus, sapiens,
& indoctus aliter, & tamē vna & eadem narratio di
uersa à se in modo pro personarum varietate, quia id
postulat natura, ut quibus vir doctus animos in nar
rando

rando suspensos teneat , eisdem rusticus moueat ri-
sum. Sed ista dices contra Lupum tuum? Absit. Ne-
mo melius ista seruauit, de quibus mox.

*Non deberenatur am ubique seruare artem
aut legem, sed dare.*

ARTE natura perficitur. Ergo imperfecta erat?
fateor. At hominibus, qui, non ut ratio, aut natu-
ra iubet, viuunt, datæ sunt leges, vt est in sacris, qui-
bus ad bona cōpellantur , deterreantur ab ijs, quæ
rationi naturæq; cōtraria. Certè ciuis, dum ciuis est.
ciuitatis iure viuit. Si vero postea Cēsar & impera-
tor. Cornelīā, aut Iuliā corrigit, aut antiquat, quia,
ut est in re ciuili, tempora distinguenda, mores notā
di pro lege, aut ferenda, aut antiquāda. Ecce qui mo-
do legibus parebat, mox dat leges. Idem de natura
iudicium. Excolitur disciplinis ingenium, arte natu-
ra impolita perficitur. Perfecta tamen iam regnat.
supra ius est, sed nō extra. Semper enim rationis im-
perio, & naturæ legibus seruiat oportet. Inuenit se-
pe meliora inuētis, quia non idem omnibus ingenii.
Quibus natura, ut est in apibus, nō dat reges vt sint,
ciues sunto, pareant alieno, imperio regantur: quos
vero ipsa reges facit, ipsi regnent, & imperent. Est in
disciplina militari metandis castris ars, est sua dispo-
sitio & ordo acici, in diuersis tamen regionibus mo-
re gentis pugnatū, pro natura, & parta victoria. Ma-
cedonica phalange Magnus Alexander Asiam do-
muti,

muit, contra Roma sua explicit cornua, quibus cōplexa mundum est, & iam tota bellorū facies mutata est & disciplina. Sic in artibus, veteri simplicitate in comēdijs Græcia primū delectata est, post ab umbra pastorali, ad theatra traducta, & à poetis culta rustica inuenta. deinde personata tragœdia reperta, cothurni, socci, de palliatis Romani fecere togatas, chori in pretio olim, hodie nec versus in Italia. Si Græcos consideres, à quibus tota ratio poematis Latinis effluxit, videbis inter se ita discrepantes, vt in tragœdiarū quoq; titulis dissentiant. Sic Hecuba in Euripide, male Senecæ Troas inscribitur. Neq; reūtē ab Aeschylō Eumenides, & melius ab Eurypide Orestes. Tragediarum proprium exitus infelix, non ista tamen lex seruata, modo intus sint res atroces, lege Aeschylī Eumenides, Electrā Euripidis, Helenam, Cyclopem, & alia quorū exitus leti, & tamen contra hos nemini licet agere lege tragœdiarū, quia natura & ratio cōtra legem artis, aut supra est. in commedia Græca nūquam reges, fortē, quia in pallio, at Romanis, quod in toga, id permissum. Quem cursum teneas in ista varietate? licebit ergo Lupo nostro quod illis. Ego sanè reūtē existimare video, vt quemadmodū apud Græcos comœdia in veterē, medium, & nouā diuisa est, sic apud nos omne poema. vt mox dicam, quamuis non sit animus de his disputare. modo hoc statuamus.

An

*An Lopus nouam poematis artem
possit condere.*

ERGO Lupo isti tuo, quia poematis antiqui leges transgreditur, nouæ ut principi cōdendæ poematis artis ius esto? id sibi ille præ modestia nō arrogat, quanuis præcepta tradiderit more Horatiano. Ego tamen libenter do quod prius illi natura concessit. Ille excusat comœdias ita inuētas prosequuntum, ne à more patrio discederet, non esse tamen veteri more à se compositas. Sed quid ad te magne Lupo comœdia vetus, qui meliora multo sæculo nostro tradideris, quām Menātri, Aristophanes, & alij suo. Est in pretio antiquitas, quia prima, & longinquitas parit venerationem. Sed stet illis sua laus sine fraude, tibi gloriam inmortalem præsentia sæcula impariantur, futura seruent. Sed ad rem. In omnibus disciplinis, si de re aliqua lis, aut controuersia, iudicio prudenter & docti viri dirimitur. Cur non in poemate sententiæ excellentis poetæ acquiescendum? Id negas in Lupo, ego contra contendō. Latras in Lupū, ego te illi ouem obijcio. Multa ab illo prodita præter veteres leges poetarum, sed non contra, ius suum Latio, Græciæq, nobis Hispanorum iura faueāt, meliora ista nobis, quām illa. Et quidem si de comœdijs agitur, profer quæso antiquo more comœdiam, exhibilabēris, lapidibus à theatris abigeris. Scriptum reliquit Cicero, illum esse bonum Oratorem, qui multitudini placet. Consule ergo multitudinem, nemo discrepat, omnes vno ore id optimum, quod Lopus

b

dixi-

dixerit; id pro lege, normaq; poematis. Hic siste parumper, & admirandam famam, gloriamq; singularem contemplare, quam nemo mortaliū, vt opinor, est adeptus. Omnis cōditionis sexus, omnis & ætas, cūm quid optimum probat, id à Lupo esse dicit. Optimum est aurum, argētum, esculentā, poculenta, & si quæ ad vsum humanæ naturæ alia, elemēta deniq; ipsa à Lupo, rebus inanimatis vulgus nomen Lupi indidit, detulit illi sceptrū plebs, boni libentes, mali inuiti regnū attulerū iure ergo regnat inter poetas.

— Velut inter ignes

Luna, minores.

Sic ergo vt Rex ius dicit poetis, ipse supra ius poeta rū, ipse sibi ratio norma q; poematis, quod sibi visum id ratum, firmūq; esto. Si quid tibi ab illo factum dicatumve in poemate contra ius, fasq; poeseos esse videtur. Non assequeris, causa latet, ille nouit, tu pare illius imperio, sic Rex iubet, ius regni est iura dare, non accipere. legislator est, comitijs centuriatis, & tributis, in Campo Martio è Senatus cōsulto legem sua fit Apollo ipse, primus Musarum chorus sciuit, postea plebs, & quo d magis mirere null⁹ intercessit è collegio tribunorū, nulla obnūtiatio. Augures omnes spectione diligēti fausta omnia nuntiauerunt, leges accepit summa acclamatiōne plebs, in eis incise, in Capitolio repositæ. Quid restat - Hoc tibi suadeas tantā gloriam inscribendo aſequutū, quantā nemo vñquā superioribus ſeculis, siue de literis, siue de armis sit sermo, cōparauit. Dedit Alexāder liberalib⁹ nomen, Cæsar imperatorib⁹, sed hominib⁹. Forte cuius-

civitatibus quibusdā, sed id fecit ambitio. At Lupa
rebus omnibus, quæ meliores esse probātur, nomen
imposuit suum, & habent, & hunc dubitas nouā poe
seos artem posse cōdere? id modo flagitat natura, po
stulat sēculi conditio, res deniq; p̄fscunt. Ciceronis
orationes hodie in admiratione habemus, si tamē à
dijs manibus venisset Cicero, & in Cōplutensi thea
tro vnam ex illis repeteret, præ molestia omnes dila
berentur. Quia natura rerū, ingenia hominum prisca
illa fastidiunt, noua ergo inuenienda, sequēdum quo
natura, ne deseramur. Tēpore quo Mena floruit ipse
fuit Hispan⁹ Ennius, Pacuvius, & Liuius, ecce vetus
poema. Sequitur Garsias Lassus, qui poema excoluit,
sylvas, bucolica & amores induxit, en medium. Po
stremo Lupa, en nouū, & noster Maro. Ouidiusq;
sic eum libet appellare, non Terentiū; Natura Maro
& Ouidius est. Terentiū questus fecit cum viuendū
ab ingenio fuit. Si Epici poematis nobis artem reli
quisset Maro, non sequeremur? At quia Lupa dat
respuemus? An facūdius illi ingenium, quia è Latio,
isti non ita, quia ab Hispania? Profecto hic apud nos
multo magis floret, quam Maro & Ouidius apud
Romanos floruerūt, ingrata patria, quæ exteros ado
rat, ciues suos debito fraudat honore.

An Lupa possit noua nomina inuenire.

PARVM est Lupum nouam artem poeseos in
uenire posse, plus laudis illi tribuo. Noua nomi
na, quibus caremus dare potest. Nemo melius, cum
tantę sit authoritatis, vt quidquid dixerit, omnes li
ben-

benter amplectantur. Neq; id sine exemplo. Romanis id minus licuit, & tamē multa à Græcis formata noua à Sergio Flauio refert Quintilianus, quorū du ra admodum videntur, vt ens, essentia. Quæ cur tñn topere aspernarētur veteres non video, nñi quod ini qui iudices aduersus ipsos & nos fuerunt, qua propter inopia Latini sermonis laboramus. Messala pri mus reatum, Augustus munerarium dixit. fauorem & vrbānum noua dixit Cicero ad Brutum, qui obse quiū à Terentio primum dictū ait. Cur ergo non ita apud nos. Alphonsus Rex cognomento sapiens, primus *Thesorero* dixit, antiquato nomine Arabico Almoxariph. Ego cum illis Arabibus peregrina nomina abegisse à patria, & solū Latina aut propria retineri maluissem.

In Lupo omnia secundum artem, & quād ipse sit ars.

NOnsolum ergo nouā artem posse tradere ad poemata iudico, sed omnibus eum tanquam artē, & poetices omnis regulam proponerem, quem sequi, imitarīq; deberent. Quæ enim facit, ea hodie natura, mores & ingenia poscunt, ergo arte facit, quia sequitur rerū naturam? contra si ad regulas, veterumq; leges Hispanè cōponeret, cōtra naturam retum & ingenia faceret. quia ars ab ingenio & natura proficitur, vt diximus: & vetera illa nō capiunt nostri sæculi ingenia. Si latīnè scripsisset veteres sequi iubarem, non enim nobis ius in alieno regno. Habent Romani quos sequantur duces & pares aquilas, apud nos

nos melius Lupus instruet, & diriget acié, quam pegrinus imperator. Exemplum sit diuinus Maro, qui in Latio regnat, si quæ Latinè cecinit Maro Hispanè redideris, an non illum Angelicæ æquares? Idem iudicium esto de Græcis in Latinam lingua traductis. Irridetur Homerus si cum Virgilio conferatur. Non enim datur omnibus idem ingeniu & natura. Restat ergo apud Hispanos Lupum nihil sine arte, imo omnia artificiose, prudēterq; scribere, ipsumq; sibi & alijs artem esse.

Lupum veteres omnes poetas natura superasse.

DV R V M videbitur multis me tantum tribuere Lupo voluisse, quod omnibus illū, quo ad natūrā poetices spectat, prætulerim. Ego profecto existimo hoc solum illi defuisse, quod nō priscis illis seculis vixerit cum Homero, & Marone. Sed melius nobiscum actum est, nam sortè Homero, Marone & alijs carereimus, si cum illis iste vixisset, deterret enim omnes à scribendo noster Apollo. de illo omnia, quæ mendax Græcia fabulata est, posteritas credidisset, ipse Thebanos muros extrueret, ipse coniugis manes ab inferis reuocaret, quāquam hodie etiā multos Midas effecerit, qui in conditū rustici dei tam suauissimo Apollinis concentui prætulerunt. Sed hos omittamus nam ipsi se suis auribus prodūt. Illud affirmare audebo, nullā naturā tam ad poetica natam me legisse, quāvis in Græcis, Latinisq; nō me diocriter fuerim versatus: nam qui aliter sentiunt poetas

poetas Græcos nec audierunt quidem, ab illis enim sua quæq; Latini expresserunt. Propterea iudicium meum magis alijs probari debet cum ab eo sit, qui à Græco fonte ista deriuet.

De Luti poemate, & operibus iudicium.

REstat pauca & per partes. Tria præcipue in poemate cōsiderantur. Versus secundum se. è quibus constat. (placet appellare dictionem) & opus ipsum. In versu facilitas, suauitas, proprietas, in his figuræ, vt in nominibus, tropi, Allegoriæ, vt in rebus, & re liqua in poemate totū corpus, quod ex his, tanquam mēbris constat. & cōponitur. Expēde singula. Facilis est in faciēdo versu Ouidius? & dulcis, nullūq; reperies apud Latinos suauiorē, & ad poeticem habiliorem. At in his nō sequitur Lup⁹ noster, sed præcedit, in facilitate par, in suauitate præstātior, in natura suuperior, in dissolutionibus nulli cōparādus, in translationibus & allegorijs admirabilis, in omnibus, quæ pertinēt ad artē, quam natura postulat. Ipse videtur natura ipsa eloquēs, quę se exprimit, in plurimis imitabilis, in multis, quem imitari nō possis, quod supra ingenia. Corpus vero poematis sic ornat, cōponit, & illustrat, vt nihil à symmetria & pulchritudine discrepet. imo sic aptat, vt non ab humano ingenio, sed ab ipsa natura profectū esse videatur. In Latinis paucos reperies illi pares in aliquibus, in omnib⁹ nemine. In Gr̄c̄is multo plures. est in Latinis Maro diuinus huius tamen Æneida ad Ierusalē Lupi appone. Grandis est in illa Maro, grandior in ista Lopus. Tonat

nat in illa Iupiter, in ista fulgurat. Sævit in illa Mars,
in ista furit: quāquā in Achille Homerus & Tryphio
dorus in excidio non dissimillimi. In Latinis nō est
cum quo Draconteam aut Angelicā componas. Syl-
vescit enim Papinius & Valerius, non tam meo sto-
macho. In Græcis accedit Orpheus & Apollonius.
Ad Angelicam nemo, nisiquod multa sparsa in mul-
tis, præcipue in Homero de Helena, & Penelope. In
Musæo de Hero quædam, & alia in alijs, sed quæ tā-
tum alludant. Cætera apud Græcos Erotica, salacia
sunt, & petulanter dicta, vt ab ingenio Græco. Italia
imitata est plurimum, vt est in satyra & epigrāma-
te. Hispania nūquam admisit nudam Venerem. Ideo
quæ à Lupo tractantur amatoria, vrbane omnia & le-
pidè, quæ turpitudinē vestiant translationibus admi-
randis. In Isidoro, quia noua poesis maior difficultas,
est enim patrium poemā, ad quod nō Græcū, nec La-
tinum trahas, ni malis Piñdarum aptari, & Horatiū
in Odis, Sed dissimillimi suot. Idē iudiciū de cæte-
ris, quæ miscellanea possunt dici, in quibus soluta o-
ratione verbis loquitur poeticis, & poematia quædā
ingerit, in quibus bucolica, pastoralia, georgica, raro
Sybotica, numeratur, nouitium opus, cuius finis de-
lectatio, principium in Italia, in Hispania à Lupo cul-
ta, & ex polita, & quæ ad vrbanos sales proximè ac-
cedant, quod aduersarij illi vitio vertūt, tanquā à pa-
storali natura in re pastorali discedat. Puerilis obie-
ctio, quæ non aduentit multa hic allegorica, & viba-
nas personas habitu pastorali in sylvis, vt in Albano.
At objeçis in Heroicis, vnū debere esse Heroem, ad
quem

qué cætera referantur, in quo à Lupo sæpe peccatū. Falsum. Non enim hoc semper seruandū: nam sic Homerum à poetarum numero expungas, in quo Agamemnon totius belli Dux, sed Achilles, & Telamonius Ajax, & Diomedes illo fortiores, Ulysses & Nestor prudentiores, consilio & astutia. Certe in Argonauticis Herculis gesta non referas ad Iasonem. Sed quid plura pro Lupo tota acclamante & consentiente rerū natura, mirante sæculo! Nō omnes ad omnia nati. Ille soluta claruit oratione, astricta alter, & alij quidem ad Heroica, alij ad Dithyrambos nati: sicut in disciplinis, alij Theologi, Philosophi & Medici, Mathematici alij, non enim in omnibus omnia. At in Lupo tā admirabile ingeniu, & ad omnia facile, vt qui modo in vno genere floreat, in altero regnare videatur. Sic in omni poemate est Lupus, & omnia poema ta in Lupo exculta, perfectaq;. Quare procul liuor, & inuidentia, quāuis inuidiosus existat, quia extra omnē, aut supra inuidētiā est Lup⁹. Soli ne inuideat astra, lumen accipiāt, & sileant. Nā simul ac Sol iste Hispaniæ affulsit nostræ, nulla visa sunt astra poetarum, nisi noctu. Viue diu,

Vir Celtiberis non tacende gentibus,

Lupo Nostra que laus Hispaniæ.

Te Musarum chorus adoret, Apollo illis præsidere te annuat, & in magno deorū concilio aurea sede iuxta se Iuppiter assidere iubeat interduas perpetuas comites, Mineruam & Venerem, anteponoq; Gratijs, Mufis, deabus acclamantibus. Dicite Io Pæan.

OPERIS COLOPHON.

Nigratibi facies, nigrum cor delitet intus,
Te in torrem vertit scilicet acre odium,
A Torre en Torres proprius quā à turre vocaris
Qui fumo infuscas cuncta, tuere nihil.
Lædere parce Lupum, nam percutiere lupatis,
Perge, malum nosti quod tibi, turde, cacas.

OPERIS CLOPTHON
IN
TAT
O
I
L
P
L

etiam ad amissione regnandi, et ad amissione
imperii in uno genere floreat, in altero regnare vi
suf. Sic et omni poenitentia est Lupus. & omnis poenita
ta in Lupo exulta perfectaque. Quoniam processione,
et amissa, quoniam immensius tuus es, qui extra
cetera non fides, neq; sit Lupus, sed ne amicatur
potest, namque amicatur, et clementer. Haec quidam de Sol ille
Lupus, in se affulsi, in seculi seculi rido fane astuta perca
pito, nisi coctus, non audiu.

Etiam celestes, et in seculi puniti, et
multo que latus est, et puniti
In primis chorus adores, Apollonius presidere
tecessit. Si in magno decimi concilio turea iste cura
tale, ut non sit usus, ubi atque in erduas mortales ar
maret, summa pars de Venerem, et ita 500 milia. Luperi
Lupi, deinde, et deinde, et deinde, et deinde, et deinde, et deinde,

Biblioteca

6.

TUR-
itan
Express
Colat
Spouge
Prolet

BU
BU 06047

047

UVA. BHSC. BU 06047